



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Pars III. De Sublimitate vitæ religiosæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Habitant etiam religiosi desertum amore Dei, ut ibi nec leuibus peccatis (quoad fieri possit) vitam commaculent. Quælibet enim sancta religio desertum quoddam est, in quo spiritualis Israëlita peregrinantur. In ea namque, sicut in spirituali deserto, maior est libertas vacandi Deo, quia non sunt sæculares occupationes, quæ animum interpellent, maior est quoque tranquillitas: nam modò religiosi velint, nec à visu, nec ab auditu, neque à lingua molestantur. Quid enim infestent eos oculi, quos semper humi defixos habere decentur? Qui aures, quas vanis rumoribus oclusas seruare tenentur? Quid lingua, quam ligat districti silentij censura? Eremus ille, Ægypto terræque promissionis interiacens, ciborum corruptibilem sterilitas erat, sed cibum incorruptibilem è cælo demissum, peregrinanti populo suppedibat: Ita religio, quasi eremus quidam vitæ mortali æternæque interiectus, commodis temporalibus caret, sed cælestibus solariis abundat. Qui ergo hoc desertum spirituale incolunt, non minus quàm illi carnales Israëlita, sed multò magis diuina protectione teguntur, diuinisq; fruuntur auxiliis. Hic vestimenta eorum non sunt attrita, quia corpora inter disciplinæ religiose labores robustiora sunt, quàm si deliciis affluerent, nec calcementa sunt vetustate consumpta, quia affectus non rebus hærent corruptilibus, vbi veterascunt: sed cælestibus, à quibus in dies nouitate conquirunt. Pæne Angelorum satiantur, contemplatione scilicet rerum diuinarum, cuius esu fortes aduersus demones, & robusti ad quærendam perfectionem sunt. Colùna nubis per diem, & ignis flammantis per noctem illis ducatum præbet, cum inter magnos honores, & applausus populorum, quos religiosi habere noscuntur, nube modestiæ ac humilitatis obteguntur, ne æstu vanitatis superbiant, & desiderii dignitatum inflammentur, & ut, cum inter inuidorum detractones, & maleuolorum persecutiones igne charitatis illustrantur, inimicos tamquam artifices coronæ cælestis aspiciant, & amore verissimo prosequantur. Si verò ab ignitis serpentibus, ab aliquo nempe vano desiderio mordeantur, non deest

Dent. 29.  
1.

A illis serpens æneus, aut quem ille serpens figurabat? Christus nudus, vulneratus, & patibulo affixus, cuius aspectu venenum concupiscentiæ abiiciunt, pristinamque salutem recuperant.

In hoc itaque spirituali deserto Deus paruulos suos viros humiles, & suæ prouidentiae fidentes, ita à malis liberat, & ab omnibus periculis, tum corporalibus, tum spiritualibus illibatos intactosque conseruat, ut manifestissimè videant, se non manu hominis, imò Dei potētissimo brachio defendi. Non est enim humanæ potētiae, sed diuinæ potētatis religionum amatores, atque beneficos, beneficij cumulare, detractores verò, atq; maleficos multis miseriis, ac calamitatibus afficere, quod & antiquæ historiæ, & quotidiana experientia demonstrant. Non dubium, quin religiosorum ceteris iure sibi dictum existimet: Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: benedicam benedictibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Quoniam sæpe vidimus, & audiuius huius status defensores magnis Dei donis expletos, persecutores verò, maledictione diuina fuisse consumptos. Gaudeat igitur, & maxime gaudeat, qui professione ligatus, & tribus votis cõpeditus, vel ut melius dicam, omni materia peccandi liberatus, in deserto sanctæ religionis viuat: quoniam si ad proprium cor intrare nouerit, in se ipso illud Deuteronomij experietur. Inuenit eum in terra deserta, in loco hortoris, & vastæ solitudinis. Circūdixit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. In hoc enim deserto malorum, pleno autem bonorū inueniet Deū potentissimum defensorem, qui se ducat securè ad opera exteriora, & reducat cum fructu ad interiora, qui se doceat vias virtutum, & semitas æternitatis demonstret, & qui tamquam pupillam oculi sui charissimam ab omni malo custodiat. Inuenies eum, o anima, qui expandat amictum protectionis suæ super te, & operiat ignominiam, id est, imbecillitatem tuam: quia pauperum nuditas, humilium imbecillitas, & despectorum paruitas, amictu diuinæ defensionis cõperta, omni est mundano imperio potentior.

Gen. 12.  
2.

Dent. 32.  
10.



## PARS TERTIA.

### De sublimitate vitæ Religioſæ.

**N**ON NVLLA iam bona in superioribus nostri status expressimus, à quibus, quæ sequuntur, meritò separamus, tum ut mens lectoris fatigata, à lassitudine legendi repauset, tum ut ea illustriora demonstremus, quæ præter ingentem vilitatem, magnam etiam sublimitatem animæ afferunt, & velut pars præmij huius status, & finis aliorum donorum esse videntur. Hæc verò, quæ ad vnionem animæ cum Deo, & ad verissimū honorem ex ipsa sequuntur, spectant, idem Sanctus Propheta hunc in modum commemorat, Et iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum: ait Dominus Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & unxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calceavi te ianthino: & cinxi te bysso, & indui te subtilibus: & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus: simlam, & mel, &

Ezech. 16.  
3.

oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis: & profecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

Quod anima religiosa est sponsa Dei: ac primo de vinculo huius spiritualis coniugij.

CAPVT XXII.



Vi hanc mirabilem prouidentia considerat, qua Deus pauperulos suos protegit, atq; defendit, no sane mirabitur, nec ea, aut nimiam, aut minime conuenientem tantae abiectioni & paupertati iudicabit, si dignitatem praecellam animaduertat, ad quam religiosi vocati, & euecti sunt. Neque enim Deus religiosas animas in statum tantum seruorum, amicorum, & filiorum admittit, sed in aliam dignitatem maiorem & optabiliorem extulit. Quam dignitatem, vel vt praedictam admirationem adimeret, vel vt ampliozem, & ex maiori causa ortum stupore insereret, postquam de protectione disseruit, explicauit, dicens. Et iurauit tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. Hac autem est dignitas sponsae, qua nulla, no dico, arctior, & strictior, sed nec nobilior, atque praestantior excogitari potest. Amici quippe regum, aut filij, no statim reges sunt, neque regni potestate potiuntur, at sponsa regis, ex conditione suae dignitatis est regina, quae a dextris regis sedet in vestitu deaurato, circumdata varietate, ipso throno, & vestitu, si non aequalitatem, sed eximium honorem, & amplissimam dignitatem ostendens. In regia dignitate constituti, fideles amicos impense amant, & filios a se progenitos, ac regni haeredes tenerrime diligunt, sed sponsam ardentiori amore prosequuntur, quam & amicorum heram esse volunt, & filiorum principum, & velut fontem agnoscut. Amicorum hoc est elogium, vt sint pretiosi illorum thesauri, quibuscum amicitias inierut. Nam amicus fidelis protectio fortis, & qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Filiorum vero haec est laudatio, vt sint occasiones laetitiae patribus suis. Filius enim sapiens laetitia patris sui. At sponsa maior & nobilior laus seruata est, vt non diuersa res, sed eadem cum sponso computatur. Audit quippe ab ore eius (cui non affectus, qui falli solet, sed iustitia, & veritas dominantur,) hoc, nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et certe Christus istud amoris verbum dicit felici animae, quam non tantum in filiam adoptat, sed sibi in sponsam adiungit. Os ex ossibus meis, & caro de carne eius, vt sit amica, os ex ossibus, vt resistat vitis, caro de carne, vt respondeat beneficiis: os ex ossibus, vt custodiat fortitudinem, caro de carne, vt obtineat pulchritudinem. In utroque autem sancti sponsi sui similitudinem praefert. Sicut enim ille decorem induit, & fortitudinem, ita de ista legitur: Quoniam fortitudo, & decor indumentum eius. Ille vocatur vir, haec autem virago: quoniam a viro isto, & robur, & decorem accepit. Non est ergo dignitas, quae cum sponsae dignitate possit conferri, quam & sponus tenerius amat, sablimius effert, & maiori secum coniunctione dignatur.

Sed non omnes animae iustae hoc nomine sponsae praestantissimo atque dulcissimo dignae sunt: Non omnes audent dicere: Dilectus meus mihi, & ego illi; ita scilicet, vt Deo soli tamquam dulcissimo sponso intendant; sed si aliqua sunt in Ecclesia, quae tam praecellum nomen mereantur, illae profecto sunt ani-

mae religiosa, quae vitam propria sui status, angelicam, caelestem, & omni cura rerum terrenarum exutam agunt in teris. Hoc est quod dixit Bernardus; Da mihi animam nihil amantem praeter Deum, & quod propter Deum amandum est, cui viuere Christus, non tantum sit, sed & diu iam fuerit, cui studij, & otij sit prouidere Deum in conspectu suo seper, cui sollicitudine ambulare cum Domino Deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit, & facultas non desit: Da, inquam, talem animam, & ego non nego dignam sponsi cura, maiestatis respectu, dominantis fauore, sollicitudine gubernantis. Haec anima est sponsae nomine nequaquam indigna, & haec, aut sola anima religiosa est, aut in saeculo vitam religiosam vsurpans. Quod autem haec praeter ceteras animabus iustis sponsa sit Dei, multa sunt quae euidenter ostendunt. In ea enim coniunctione, qua Deo per solemnem professionem cohaeret, omnia coniugij propria, non per similitudinem tantum, sed si aequales esse velimus, etiam per proprietatem, verisimile elucet. In coniugio quippe naturali, praemissa habilitate personatum, haec fere intercedunt. Primum, vinculum insolubile, vtramque personam vinciens, atque connectens, quo vnum quid, vnum nimirum principium, & vna caro ad finem carnalis procreationis sunt, mutuaque sibi faciunt sui ipsorum potestatem, & haec est coniugij substantia atque natura. Deinde, consensus amorum mutuus, hunc nexum naturalem, vinculumque conficiens. Praeterea, communis habitatio, vitaeque consuetudo, qua se inuicem iuuant, & sui status onera portant. Rursus, fides, quam alter coniugum alteri seruat, vt sit honorabile conubium in omnibus, & thorus immaculatus. Tandem procreatio filiorum coniugibus non solum iucunditatem, sed etiam vtilitatem afferens.

Nihil istorum nostro coniugio deficit, nihil istorum in eo desideratur. Persona namque habiles sunt. Deus & anima ad hoc fedus inuendunt, ille, vt purissime generet, ista vt concipiat. Ille quidem, vt generet. Nam per Isaia dicit: Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? His verbis ostendens se, & rebus naturalibus vim ad procreandam sibi similes tribuisse, & spiritualium filiorum esse principium quos suas imagines faciens, & similitudinem suae sanctitatis impertiens, testimonium perhibet, quia sibi virtus generandi non deficit. Quod & propheta regius spiritu ipsius Domini edoctus euidenter affirmat, dum ipsum alloquens, ait: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae, filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensae tuae. Qui enim vxorem a se tam mirifice fecundatam habet, & tot filijs, & tam pulchris abundat, non dubium, quin aptus sit, vt animam ducat vxorem, & sibi vinculo spiritualis matrimonij coniungat. Haec vero apta est, vt ex illo concipiat. Quod spiritu Dei, edocta per os Isaiae palam confitetur, se cum muliere comparans, ad partum appropinquante: Sic inquit facti sumus a facie tua. Domine, cocepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritu. O felix partus in quo (vt ait Hieronymus) peperimus non carnis liberos, sed spiritus, vt tota in Deo more credamus. Cocepit ex Deo anima, cum sanctitatis desideria percipit, quae in oratione posita non sine purissima voluptate

Ezer. 16. 8.  
Ecel. 6. 14.  
Prou. 10. 1.  
Gen. 2. 23.  
Psal. 92. 1.  
Pera. 31. 25.  
Cant. 2. 16.

Bern. in cant.  
Hel. 13. 4.  
Isa. 66. 9  
Psa. 127. 3.  
Isa. 26. 18.  
Hieron. lib. 8. an. 1. ad e. 26.

Spiritus sibi sentit immitti: parturit, cum non sine ingenti dolore aliquando sensum, & affectum mortificationem in effectum producit: filios vero edit, & suscipit, cum fructus partus, nimirum suavitatem vere virtutis experitur. Ibi sunt filij spiritus, quos non caro, corruptionis seminarium, gignit, sed virtus est Spiritus procreat. Ibi etiam filij Spiritus salutis, qui animam concipienti, & parienti illos, in hac vita salutem spiritualem afferunt, & in futura salutem gloriæ nunquam perituram attribuunt.

Sunt etiam Deus & anima vinculo insolubili copulati. Nam solemniter professio, ita animam Deo, Deumque animam attingit, ut nulla sit humana potestas, quæ vinculum istud dirumpat, atque dissolvat. In ipsum enim illa quoque; lex Domini quadrat, quæ pro naturali coniugio sancit: Quia, quos Deus coniunxit, homo non separet. Fateor adhuc sub iudice litem esse an possit sumus Christi vicarius aliquam obligationem huius vinculi tollere, ut scilicet religiosus ad Episcopalem dignitatem euectus possit aliquid, vel proprium possidere: & ad coniugium, ob aliquam ingentem Ecclesiæ necessitatem coactus, possit actibus coniugij vacare, quibusdam Doctoribus affirmantibus, aliis vero negantibus. At vniuersi fateri debent, vinculum ipsum, certa quadam ratione perseverare, quatenus religiosus ille, qui ob necessitate prædictâ ad matrimonium, præcepto Patris, coactus est, vxore mortua, filiisque susceptis necessitateque omnino sopita, non potest, ut liber, secundas nuptias appetere, sed ut verè Deo per pristinam professionem illigatus, ad statum religiosum redire. Quod si istud aut vere similius, aut certe minimè improbabile apparet, aliqui Doctores non fateantur, saltem omnes asserant, necesse est, summum Christi Vicarium non humana potestate, sicut in civilibus legibus dispensat, sed planè diuinâ, è cæloque delapsa, hoc aliquando vinculum propter ingentes Ecclesiæ necessitates, abtulisse. Itaque, sicut Deus solus potuit naturalis coniugij vinculum, necdum opere carnalis commixtionis consummatum, religionis professione dissolvere; ita & potest per vicarium suum in terris, religionis nexum, quo anima sibi copulata est, urgente aliqua grauissima ac communi necessitate, separare. Et tunc sicut coniugatus, qui nondum sponsam cognouit, professionem solemnem faciens, coniugatus non manet, sed religiosus esse incipit, ita religiosus, dispensatione Pontificis vxorem dicens, iam religiosus non est, sed ad statum sæcularem repedit. In quam sententiam, Innocentius huius nominis tertius, dixit: Abdicationem proprietatis, sicut & custodiam castitatis, adesse esse annexam regulæ monachali, ut contra eam, nec summus Pontifex valeat facultatem indulgere. Est ergo professionis vinculum quo anima religiosa Deo nequitur, vinculo naturalis coniugij admodum simile. Nam sicut istud sola morte dissoluitur, dicente Paulo. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuunt, quod si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino. Ita & professionis solemniter nexus, sola diuina potestate, quæ ipsa morte est multo potentior, cum habeat vitæ & mortis imperium, & propter grauissimas, & rarissimè contingentes causas auferatur.

Hoc autem vinculum commune est, sicut in naturali coniugio; & animam Deo tamquam sponso, Deumque animam tamquam sponsam deuincit. Anima quidem ligata est verbis oris sui, illis nimirum: Vt uo, Deoque me ipsam trado, & capta propriis sermonibus, quorum causa sponsus dicit illi: Et facta es mihi: utique non tam vxor, quam sponsa, ut hoc

A nomine ardentioris amoris ostendat affectum. Deus autem verbis etiam suis est illigatus anima: Nam iuravi (inquit) tibi, & ingressus sum pactum tecum. Sufficeret sanè simplex enūciatio Dei, qui summa veritas est, ut nobis instar sponsi copulatum crederemus; sed volens ostendere (verbis Pauli utor) pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iurandum, ut per duas res inmobiles, promissionem nempe, & iuramentum, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus. Per hoc autem vinculum, communemque traditionem, duo hi charissimi sponsi, mutuum sui ipsorum faciunt sui potestatem. Et de sponsa, quod tota sit Dei, dubium esse non potest, dicente Domino: Et facta es mihi, seu facta es mea. Et vita ipsa religiosa, non tã verbo, quam opere ipso attestante, in qua Deo semper & mète inhære nitimur, & iugi operatione famulamur. In qua prælatus Dei personam agens, ac si essemus sui, nobis imperat; & omnes operas, studiaque præscribit. Quod autem Deus totus sponsa sit, opera ipsa declarat. Quem enim, o anima, tãquam sponsum dulcissimum amplexaris, nisi Deum tuum? Quem habes tuæ ignorantie magistrum? Tuæ incertitatis solatium? Tuæ indigentie subsidium, nisi Dominum tuum? Hic seipsum dedit tibi vitæ socium, peregrinationis comitem, & planè sponsum tuum, virumque fidelissimum. Denique, & erit in die illa (ait Dominus) vocabit me vir meus, & non vocabit me ultra Baalim. id est, Dominum meum. Si autem vir tuus est, satis aperte liquet, tibi seipsum non necessitate, sed voluntate, amoreque dedisse, in cuiusque transisse potestatem.

C Est itaque Deus ratione huius vinculi sponsus animæ religiosa, neque quia ista multa sunt, idèd amorem diuinum habet, aut minus est sufficiens ad singulas. De quo pulchrè Bernardus. Nec ad multitudine, multus erit, nec ad paucitatem, rarus, nec ad diuersitatem, diuersus, nec restrictus ad vnum, nec anxius ad curas, nec perturbatus, seu turbulētus ad sollicitudines: sic sanè vni intentus, ut non detentus, sic pluribus, ut non distentus. O igitur magna huius anime dignitas, quæ sponsa est summi Dei! O magna benignitas creatoris, qui tali nomine, vilissimam creaturam compellere dignatur! Meritò quidem hic adiectus est, ait Dominus Deus, quoniam si Deus ipse hæc summam misericordiam non affirmasset, quis eam cogitasset, non dico credidisset? Hac enim misericordia reginæ principatum tribuit animæ, & opes incomparabiles defert, & magnæ pulchritudinis esse fatetur. Sponsa namque regis æterni, quid erit nisi princeps, atque regina? & vnus spiritus cum eo facta, quid nisi eius diuitias, opesque possideat? & speciosissimo vnita, quid erit nisi tota decora, atque speciosa? Hæc monet Ambrosius (quamdam Dei sponsam alloquens) ut quietè, attentèque consideret: Aduerte (inquit, quemdam Psalmographi locum interpretans) quantum tibi Spiritus sanctus Scripturæ diuinæ testificatione, detulerit; Regnum, aurum, pulchritudinem. Regnum, vel quia sponsa regis æterni es, vel quia inuidiam animi non gerens, ab illecebris voluntatum non captiua haberi, sed quasi regina dominaris. Aurum, quia sicut illa materies examinata igne pretiosior est, ita corporis species virginalis, spiritu consecrata diuino, formæ suæ acquirat augmentum. Pulchritudinem verò, quis potest maiorem existimare decore eius, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dicatur Domino, consecratur Deo; semper sponsa, semper innupta, ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor; Est igitur mutuum, &

E

Hab. 6.

Ose 2. 16.

Bern. ser. 69. in cæt.

Amb. lib. 8. de virginibus.

Matt. 10. 9.

In c. cum ad monasterium, de statu monachorum.

1. Cor. 7. 39.

1. Cor. 6.  
17.

Cant. 8. 3.

commune vinculum inter Deū, & animam religiosam, quo ligantur, quo iunguntur, quo vnum efficiuntur. Nam qui adheret Deo; vnus spiritus est.] Quid autem præclarior, quàm Deo connubio spiritali coniungi? Quid dulcius, quàm fonti omnium bonorum vniri? Quid securius, quàm omnipotenti ac immutabili copulari? Huic adherēs anima sæculi casus, & mutabilitates non timet. Et ascendēs de virtute in virtutem, deliciis affluēs, innixa super dilectum suum, non sinit, quousque ad omnimodam perfectionē veniat, & prout possibile est in hac vita, quemdam gradum immutabilitatis acquirat.

De mutuo consensu coniugij spiritualis inter Deum, & animam religiosam.

CAPVT XXIII.

**A** L T E R V M, quod in cōnubio spiritali, sicut & in carnali requiritur, est mutuus cōsensus eorum, qui in vnum statum, eandēque vitæ rationē, pari vinculo, ac obligatione iunguntur. Neque enim, quæ duo voluntate sunt, in idem possunt conuenire, si alter ab altero in idipsum, proposito intentioneque dissentiat. Hic autem consensus sponsi Christi, & spōsæ animæ religiosæ, nequaquam abest. ex quo prædictum coniugij vinculum emanauit. Anima namque, non vi compulsæ, non timore coacta; sed corde magno, animoque volēti, votis se ligauit, professioni se tradidit, & se sui ipsi dominio priuauit, vt tota esset Dei. Non consiliis præceps, ac deuia: sed prudentia, ac iudicio permota, in hoc connubium spirituale consensit, vnus, aut duorum annorum spatio sibi ad deliberandum designato, omnibus bene perpēsis, matureque consideratis, liberē dixit: Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.]

Psal. 72.  
26.Cassian. lib.  
4. de insti-  
tut. c. 3.

Vt autem omnibus iste cōsensus animæ religiosæ constaret, voluit Dominus, vt prælati, qui in religione eius obtinent locum, hanc voluntatem ab eo, qui vitam religiosam amplectitur, postulerent, & diligentissima indagine, an illa esset omninō spōtanea, ac libera, expēderent. Hoc à principio religiosæ vitæ in Ecclesia seruatum est. Quod Cassianus his ferē verbis exposuit. Igitur ambiēs quis in cœnobij recipi disciplinam, non ante prorsus admittitur, quā diebus decem, vel eo amplius pro foribus excubans, iudicium perseverantiæ, ac desiderij sui, pariterque humilitatis, ac patientiæ demonstrauerit. Cūque omnium prætereuntiu fratrum genibus prouolatus, & ab vniuersis de industria refutatus, atque despectus, tamquam, qui non religionis sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare, iniuriis quoque & exprobrationibus multis affectus, experimētum dederit constantiæ suæ, qualisque futurus sit in tētationibus, opprobriorum tolerantia declarauerit, atque ita fuerit explorato mentis ardore susceptus, diligentia summa perquiratur, num de pristinis facultatibus suis inhæserit ei, vel vnus nummi contagio.]

Vide quantis experimentis olim consensus iste probabatur. Primò decursu alicuius temporis, quod solet corda mutare, prius statuta abolere, & voluntates firmissimas emollire: deinde opprobriis, & contumeliis, quarum impetus à bono iam cepto, nō semel, imò sæpius facit resillire. Tandē abiectioe vniuersarū facultatum, qua homo huius sacri cōnubij, ac omnis perfectionis adipiscēdæ desideriu ostēdat.

Ante Cassianū verò, Beatus Dionysius Areopagita huius examinationis meminit, qua ab his, qui

**A** denuò vitam religiosam suscipiebāt, libet, atque spōtaneus postulabatur consensus. Perficiens autem (inquit) eam sacerdos, id est, monachalem consecrationem, ad perficiendum ventens (intellige ad eum, qui religiosum habitum induit) interrogat primū hoc: si primū abrenunciat diuicis non solum conuersionibus, sed & phantasis: Deinde perfectissimam ei vitam narrat, testimonium ei perhibens, quia oportet eum media superadstare (id est, sæculares, qui sunt in medio gradu, transcendere.) Hæc autem omnia perficienti, intentiūque confidenti, cruciformi similitudine signans eum sacerdos, tondet, &c. Itaque vitam religiosam aggrediens, palam, & coram omnibus fatetur, se sponte, atque liberē renunciare mundo, iter perfectionis ingredi, & se totum Christo spōso tradere, atque cōsecrare. Quod autem ad huius consensus probationem olim seruauit antiquitas, nunc religio bene instituta custodit, nullo leuiter moto, aut necessitate victus oppresso, aut metu alicuius mali temporalis coacto, in suum cætum ac congregationem admisso. Si quæ tamen religiosa familia id non exactissimè custodiret, non sine ingenti suo detrimento, huius experiretur documenti prætermisissimum contemptum. Videbit enim inter filios suos non vnum, aut duos tantum: sed plurimos fictè conuersos, qui habitu religionis induti, non vitam, & mores spirituales colant: sed sæculi vitia, cōmodaque antea dimissa secentur. Hoc ergo sanctorum religionum præpositi, aliique earum patres cū tyronibus faciūt, quod filios Barthelemy cum Rebecca **C** sorore sua fecisse, sacra Geneleos narrat historia. Cū enim seruus ille Abrahæ, à matre ac fratribus virginis, ad coniugium Isaac eam instantissimè postulare, dixerunt ei: Vocemus puellam, & queramus ipsius voluntatem. Cūque vocata venisset, sciscitanti sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. Et tunc demum dimiserunt eam: sic & isti proposito, animæ ad religiosam vitam accedenti, Christi seruatores decore, dicunt ei: Vis ire cum homine isto? Vis eum in sponsum accipere? Quæ anima tale coniugium detrectet? Quæ non te in dilectissimum sponsum accipiet? Quæ tota animi deuotione non dicet, Pater meus, & dux virginitatis meæ tu es? Pater quidē familias tu es, Domine, qui ex anima suscipis sanctissimos filios, qui eam habes loco amantissimæ filie, & qui internarum virium familiam sapienter benignèque gubernas. Et virginitatis dux, quem anima paterna domo egrediens libentissimè sequitur. Parum est hoc, post quem vniuersi locissimè currit, ille cœlestis odore fragrantissimo vniuersorum eius, quia oleum effusum nomē suum.] Anima igitur, cū primū habitum religionis suscipit, constanter dicit, Vadam. Firmissime alleuetur: Magister, sequar te quocumque ieris. Sed tempore probationis expleto, in prima voluntate perseverans, professionisque voto se ligans, quod est, de camelo superbiæ mundialis descendere, & pallio humilitatis se operire, in dilectam, uxorem à Christo suscipitur. Non est ergo dubium, quin anima in hoc sacrum coniugium sciens volētiūque consentiat.

**E** Deus etiam in eadem voluntate fuit, imò prior ipse in hoc mysticum cōiugium cōsensum præbuit. Non vos me elegistis (ait) sed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Imò cū anima nihil de nuptiis cogitabat, has nuptias ambiuit, & tamquā procus (si dici fas est) animæ cōiugium procuras, dotem pauperulæ obtulit (quod, qui impensè cupit alicuius virginis nuptias, facere solet) & arrhā ditissimā est ipse pollicitus. Dotē voco, gratiam vocationis, qua sustentat Deus animā, &

Dionys.  
lib. de Ec-  
cles. Hier.  
c. 6.Gen. 24.  
57.Ierem. 3.  
4.Cāt. 2. 4.  
Matth. 8.  
20.Ioan. 15.  
16.

eam

eam virtutibus & donis induit ad suum statum necessariis, onerâque vitæ religiosæ facilia reddit, atque suauiâ. Vnde enim rudis nouitius habet, vt dulce sit illi silentiû iucunda corporis castigatio; facilis in rebus etiam difficillimis obedientia? Vnde accipit, vt nouus status pristina vitæ sæculari adeo dissimilis, tam iucundus, & gratus ab initio sui ingressus sibi videatur, ac si in eo natus esset, & nutritus; nisi ab hac vocationis gratia, quæ tamquam amplissima dos animam dicit, & vnde reficiatur, & exornetur abundè suppeditat? Dicam profectò quod Lia, cum sextu ex viro suo Iacobo concepit, & peperit filiû. Dotauit me Deus dote bona, etiâ hac vice, mecum erit maritus meus.] O bona dos, quæ Lia, id est, animæ ad labores, & pressuras religionis vocatæ, data est, vt ea labores sustineat, molestias non sentiat, & sponsum suum in nocte huius vitæ secum retineat. Hanc amplissimam dotem animabus Dominus, ne coniugium istud spirituale detrectem, ingenti asseueratione promittit. Reuera dicit illis (si ita cogitare fas est) quod Sichem, cum Dinæ nuptias intolenter ambiuit, etsi alia longè ratione, quia non aliqua concupiscentia motus, cuius aculeus nullo modo in purissimam naturâ cadit, sed sanctissima charitate incitatus. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam, quod petieritis. ] Quid est augete dotem, nisi quidquid necessarium est ad vitam in statu penitentia lætissimè transigendam, considerate, & hæc omnia dabuntur vobis? Quid est, munera postulate, nisi vniuersa dona, quæ decori, & pulchritudini seruiant, sine vlla hesitatione petite; quia nullum eorum vobis negabitur? Tantummodo fugite mundum; sæculi deliramenta relinquit; ad meos amplexus properate, sanctissimas delicias accipite; & in hoc purissimum ac spirituale connubium præbete consensum.

Gen. 30. 10.

Gen. 34. 12.

Hugo in soliloquiis de artha anima.

2. Cor. 6. 10.

1. Cor. 3. 12.

Isaia 60. 16. Isaia 49. 23. Mat. 10. 30.

Arrham autem docet me Hugo Victorinus, vt vocem subsidia temporalia. Insignis est arrha eius (inquit) nobile donum eius, quia nec magnum dedit, vt parua daret, nec pro paruo sapiens magna dedisset. Magnum ergo est, quod tibi dedit, sed maius est, quod in te diligit. Magnum ergo est, quod dedit. Quid dedit tibi, o anima, sponsus tuus? Expectas fortassis quid diciturus sim? Cogitas à quo quid magni acceperis? Nec inuenisti aliquid tale habere, aut accepisse, vnde gloriari possis? Dicam igitur tibi vt scias, quid dedit tibi sponus tuus. Respice vniuersum mundum istum, & cõsidera, si aliquid in eo sit, quod tibi non seruiat. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit, vt obsequiis tuis famuletur, & vtilitati deseruiat, tuisque oblectamentis, pariterque necessitatibus, secundum affluentiam indeficientem occurrat. ] Hæc autem arrha à Deo sponso dulcissimo, religiosi precipue donata est. Ipsi enim sunt, in quos verissime illud Apostoli quadrat: Tãquam nihil habentes, & omnia possidentes. ] Et rursum illud: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura; omnia enim vestra sunt, vos autem Christi. ] Nihil religiosi habent, quia omnium dominium abdicarunt; sed possident vniuersa, quia secundum exigentiam suam omnium rerum vsum accipiunt. Nutriti sunt Apollo, Paulus & Cephas; Nam prælati illis famulantur, eorumque gubernantur industria. Illudque Isaia agnoscunt impletum: Mammilla regum lactaberis. ] Et idem alio loco dicit: Et erit reges nutritij tui. ] Vitæ, & mortis, præsentium & futurorum, imò & totius orbis decerpunt fructus, quibus pro exiguis rebus à se relictis in futuro vita æterna, & in præsentem tem-

ore illud magnificum centuplum promissum est. Quod non alique determinatum numerum, sed innumerabilem bonorum multitudinem, relinquētibz sæculum, prærogatam esse significat. Centuplum namque (ait Calsianus) fratrum, parentumve recipiet quantitatem, quisquis patris vnus, vel matris, seu filij, pro Christi nomine, charitate contempta, in omnium, qui Christo deseruiunt, dilectionem sincerissimam transit, pro vno scilicet tot inueniens patres, fratresque feruentiore ac præstantiore sibi affectione deuinctos. Multiplicata etiam domorum, atque agrorum possessione ditabitur, quisquis vna domo pro Christi dilectione reiecta, innumera monasteriorum habitacula, tamquam propria possidebit, in quacumque orbis parte, velut in suo iure succedens. Quomodo enim non centuplum, & (si Domini nostri sententia superadiici aliquid fas est) plusquam centuplum recipit, qui decem, vel viginti seruatorum ministeria infusa, & coactitia derelinquens, tot ingenuorû, ac nobilium spontaneo fuit obsequio? Quod ita esse, etiâ vestris experimentis probare potuistis, qui singulis patribus, matribusque, ac domibus derelictis, quamlibet mundi partem fueritis ingressi, patres, matres, fratresque, innumeros, domos quoque, & agros, seruosque fidelissimos, absque villo sollicitudinis labore cõquiritis, qui vos, vt proprios dominos summis suscipiunt, amplectuntur, fouent, venerantur officiis. ] Si Deus tã amplissima dote, & tam ditissima arrha religiosam animam cummulauit, vt eam ad has nuptias spirituales pertraheret, quis neget ipsum in hoc sanctu coniugium præbuisse consensum? Assensus est ille quidem, assensus est, & ardentissimo amore commotus, animam quam dilexit voluntate, imò & voluptate pertraxit, & consensum eius, non vi extorsit, sed inspirationibus, sed donis, sed beneficiis, acquisiuit.

Calsian. col. 24. c. vii.

Fecit profectò cum anima, quod in Deuteronomio faciendum victori præciditur, cum virginem bello captã adamauerit, & sibi in sponsam copulare voluerit. Si ingressus (inquit) fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchrã, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem; introduceas eam in domum tuam, quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est; sedensque in domo tua, flebit patrem & matrem suam, vno mense, & postea intrabis ad eã, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. ] Cui enim melius competit esse egressum ad pugnam, quam Christo Saluatori nostro, de quo per mysteriũ dictu est: Catulus Leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti requiescens accubuisti, vt leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? ] Quem namque designat iste leonis catulus, nisi Redemptorem nostrum Iesum (vt Gregorius ait) de quo in Apocalypsi legimus, quoniam vicit leo de tribu Iuda. ] hic sanè ad prædam ascendit, cum in mundum ingressus est, vt cum peccatis pugnaret, & Diabolum in nos tyrannidem agẽtem, debellaret. Accubuit autem, vt leo, quia mortem non coactus, sed libens, voluntariusque subiit, & nullus eum suscitauit, sed per virtutem diuinitatis suæ à mortuis ipse resurrexit. Illi tradidit Dominus hostes in manibus suis, quia corã illo infernum proftrauit, infidelitatis cæcitate deiecit, & omnia per suu sanguinẽ peccata deleuit. Captiuos verò duxit, cum homines captiuos Diaboli, captiuos veritatis fecit, & secum captiuam hanc captiuitatem, ad fidei lucem, & vitæ puritatem euexit, nõ penarũ vinculis compe liuit. Tunc igitur inuictissimus hic dux inter

Deut. 21. 10.

Gen. 49. 9.

Gregor. in Psalms. 4. penit. A. pual.

captiuos mulierem pulchrā videt, videndo amat, A  
 adamando in vxorem acceptare disponit, cum animam in saeculo commorantem, oculis miseracionis aspicit, & aspiciendo, tenerrimā dilectione profequitur, & diligendo ad spirituale coniugium, quod in religiosa professione sit, efferte constituit. Sed antequam animam in sponfam accipiat, legem hāc à se ipso per Moſen latam, perfectissimè seruat: Hoc ipso docens; Quia non venit legem soluere, sed adimplere. Nam primū introducit eam in domum suam, & in monasterium, aut religiosam societatem admittit, quæ speciali ratione domus eius vocata est, qui dicit: Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum: ] quoniam inter religiosos viros, virtutum decore, & sanctitatis splendore pollentes, clariùs (prout fides admittitur) seipsum manifestat, & frequentius libenter requiescit. Deinde cæſariem animæ radi præcipit, quando vniuersa temporalia abijcit iubet, & curas sæculi, quæ mentē excæcabāt, & ab vtilibus cogitationibus abſtrahebant, abſcindit. Postea monet, vt circumcidat yngues, id est, ne curam carnis faciat in desiderijs, sed rebus ad naturam sustentandā necessarijs contenta, spiritualia, & cœlestia concupiscat. Ad hæc, hortatur, vt deponat vestem, in qua capta est, non tam eam externā, quæ habitus religiosi susceptione deponitur, quā internā immunditiæ, & arrogantia, & sæcularis cōuersationis à primo nobis parente cōcessam. Nam, vt egregiè dixit Ephrem; Monachum non tonsura commendat, nec habitus, sed cœleste desiderium, diuinūque viuendi institutum: quibus optima declaratur vita. Tandem Dominus fletum, ac luctum, causa parentum animæ indicit; vt scilicet lugeat, quod patrem diabolus secuta sit, & matrem impiorū congregatiōne audiuerit. Quibus toto tēpore probationis diligentissimè præstitis, iam per professionem sibi copulat, & in charissimam sponſam asciscit. Qui ista omnia ab anima iusto bello capta postulauit, & postea nexu sibi coniugali deuinxit, apertum indicium præbuit quoniam ancillam admauit, & sponte vxorem ducere voluit. Est ergo in hoc spirituali connubio mutuo sponſi sponſæque consensus, quo Dominus animam ad se vocauit, & sibi arctissimo vinculo ligare decreuit, & anima tam dignum, & pulchrum sponſum admisit, & sui dominium illi concessit. Quare ex hac parte nihil in statu religioso desiderari potest, quod minus sit verum, & indissolubile cum Christo coniugium.

Matth. 5. 18.

Isa. 66. 1

Rom. 13. 12.

Ephrem de vita spirituali, num 58.

De communi vita consuetudine Dei, & anime religioſe.

C A P. X X I V.



**H**ABENT etiam coniuges communem habitationem; indiuiduamque vitæ consuetudinem, vt se mutuo iuuent, & huius vitæ onera inuicem portent. Quod magnum bonum esse, ipsi non tam verbis quàm factis astruunt, cum à seipsis ex aliqua causa discedūt. lachrymis scilicet, ac gemitibus, & magna cordis pressura, hunc discessum intolerabile malum esse restantes, id etiam ostendit, tum voluptas; tum subsidium, quod ex ista cōmuni vita percipitur, dum alter coniugum alteri, & est occasio letitiæ, & est molestiarū leuamen, quæ duobus simul sustententibus, minus onerant, & facilius perferuntur. Hanc autem indiuiduam habitationem, vitæque consuetudinem non deesse spirituali con-

ugio Christi, & animæ religioſæ compertissimum est. Quod enim ad habitationē attinet, rudiori Minerua (vt aiunt) etiam potest intelligi: magi cuiusdam partis religioſæ domus, Deus ipse habitator est, tēpli videlicet, cui religioſorum cellulae sunt loco sitæque coniunctæ. Inde anima ad templum tamquam ad conclauē sponſi, nullo externo ornato conquisiro, quia intra domum suam est, non minus propere sæpe, quàm lata procedit, vt eum fide videat, deuotione loquatur, amore amplexetur, & tota ei sanctis desiderijs inhæreat. O summum & incomparabile bonum, Christum tam vicinum habere, vt solus patries nos corpore, ipsumque disjungat, ad quem, nec cubicularij, nec ianitoris obtenta, imò nec postulata facultate, cum libet, accedimus: quia ostium sponſi charissimæ sponſæ numquam est occlusum, nec turba ianitorum impeditur. Certè non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest nobis. ] Nec istud mirum est, quoniam dij fictitij gentium, dij tantum videri volunt, sed non sunt: Deus autem verus noster, & Deus, & sponſus est, cuius maiestatem tēperet amor, vt nos propè habere dignetur. Salomon quidem amplissimam domum edificauit filia Pharaonis, quam super omnes alias mulieres adamauerat, & tamquam primam vxorem acceperat. Hæc autem domus, licet pulchra, atque magnifica, alia erat ab aula regia, quā ipse pacificus, & glorioſus rex in suam habitationē delegerat. At Christus in hoc erga religioſas animas ardentiorē amore ostendit, quod non eas à se habitationis loco, domoque disunxit. Sed cœnobium, domus Christi est, domus quoque animæ religioſæ, quā ille velamine sacramenti contextus inhabitat, quā ista, tãquā sponſa per fidē adhuc ambulans, non per speciem, non alienam, sed propriam existimat: Illius regis amor, qui ardentissimus erga vxorē putabatur, in hoc tepidior apparuit, quod secum honorem, & maiestatem retinuit. Ad hoc enim sibi, & vxori distincta palatia construxit, vt regiam dignitatem, & dominationis potestatem ostetaret. Christi verò amor, quo amplectitur animam religioſam, eo ipso videtur ardentior, quod (vt secundū morem nostrum loquamur) maiestatem, & auctoritatē conlopiuit. Nam vnā eandemque domum sibi, & animæ, regi, & reginæ, sponſo, & sponſæ, non sine magno consilio pietatis, edificat, vt omnes in eo erga religioſas animas misericordia dulcedinem, & amoris exuperantiam aspiciant. Amor (inquit Bernardus) maiestatem non cogitat. ] Quis ergo dubitet Christū hanc sponſam impensè diligere, quam sine ostensione maiestatis, sine dignitatis respectu, in eandem domum, imò & in idē vile tugurium (tales enim sunt domus luteæ) eius desiderio incitatus, admisit?

Non horret Christus communem cum ea anima habere domum in terra, cum qua eandem habitationem, eamque perpetuam est habiturus in cœlis. Nec timet anima Christo eadem habitatione, & domicilio iungi, quem non, vt hospitem, sed vt sponſum in sinu cordis sui, aut quotidie, aut frequēter excipit, & ex eius præsentia, amore, gaudio ac puritate ditescit. Denique tantum abest vt in Christi domo habitare timeat, quod potius de hac communi cum illo habitatione non insipienter se iactat. Lectulus (inquit) noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. ] Nō proprij lectuli, aut propriæ domus, sed communis vtriq; mentionem facit, vt sponſa scilicet de maritali lectulo, ac domo se glorians, Neque enim (vt inquit Bernardus) se sponſi contubernio, aut quietis

Deut. 4. 7.

3. Reg. 7. 8. & 9.

Bern. ser. in Cant.

Cant. 1. 17.

Bern. ser. 4. 6. in Cant.

eius putat arcendam confortio, quæ semper, non quæ sua, sed quæ illius sunt, querere consuevit. Et hæc causa cur sibi, & sponso simul, siue lectulum, siue domos aua sit pronunciare communes. Dixit enim, lectulum noster & tigna domorum nostrarum, & laquearia nostra, audacter se in possessionem associans, cui iunctam non dubitat in amore. ] O igitur felix anima, quæ non iam vt ancilla, sed vt sponsa talem domum inhabitat, quam Christus, sapientia Patris tum per se ipsum, tum per prælatos, vicarios suos regit, atque gubernat! Nam nec rerum temporalium necessitate angustabitur, nec famulorum proteruita, & importunitate turbabitur, nec aliquo timore mali imminenti impediatur, quominus sponsi vacet amplexibus.

Communis est ergo Christo, & animabus religiosi habitatio, neque deest communis vitæ consuetudo, & hæc tam arcta, & indiuidua, vt coniugum vita longè inferior sit, neque nomen indissolubilis vitæ mereatur. Vinculum enim coniugale, saltem morte naturali dissoluitur: at spiritualement nexum Dei & animæ neque mors ipsa diuellit. Hoc ipse Dominus per Oseam suæ sponsæ promittit, dicens: Sponsabo te mihi in sempiternum. ] Imò in morte ipsa, qua coniugium naturale concluditur, spirituale roboratur, ita vt non solum indissolubile, verum etiam immutabile perseueret. Sæpe coniuges corpore quidem, & conuersatione coniuncti sunt, animo verò valde disuncti. Quod laboris ac molestiæ esse intolerabilis, nemo est qui nesciat. Vt enim egregie dixit Hugo Victorinus: Neuter alterum effugere potest, vna domus, vna mensa, vnus lectus, in quo nihil durius est, quàm nec concordem socium, nec hostem habere separatam. Nam sicut iis quibus in charitate mens vna est, nihil obstat etiam si corpore separati sunt, ita magnum tormentum est iis, qui corporaliter sociati sunt, si animo conuenire non possunt. ] At noster status, ita Deo nostras mentes associat, vt ipsum iugiter cogitemus, quod ipse vult, constantissime velimus, & quod nõ vult, firmiter renuamus. Quia ad hoc rebus mundanis valedicimus, vt Deo, & nobis vnũ sit velle, & nolle, summã pax, perpetuæque concordia. Alter coniugum sapissime, aut tædio victus, aut tepore amoris permotus, aut saltem ipsa necessitate coactus à compari alio discedit, sed anima, quæ semel huius sacri cõnubij deliciis exposita est, si ipsa, quod debet, efficiat, & benignissime sibi datur, vt faciat, neque vquam ab sponso deseritur, neque ipsa ab eo vllis causis separatur. Audi animã hoc spiritali coniugio perfruente. Quis (inquit) nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita (neque alia terribilia & potentia, quæ enumerat) poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. ] Neque ipsa profectò corporales necessitates, aut temporales curæ (si quæ incidant) animam istam à suo sponso disungunt. In refectioe corporis illum audit, in animi intermissione illum auscultat; inter aliorum colloquia illi quietissime intendit; inter concursus, & clamores populorum eum oratissime inspicit. Et sine eo quod circumstantes aduertant, in sponsum oculos cordis habet intentos. Illum experitur omnium laborum, & tribulationum fidelissimum socium.

Propter hoc regula iugum Christi vocata est, vt nobis persuadeamus, Christum à dextera, nos verò à sinistra hoc iugum libertatis trahere, vt iugum seruitutis mundanæ, quod solis nostris ceruicibus infidebat, procul à nobis repellamus. Et quia Christus

nobiscum tollit hoc iugum, idèd suaue, & honorificum putatur: suaue quidem, quoniam illud non molestia nos premit: sed à pondere rerum terrenarum exonerat, & in cælo attollit. Quamobrem meritò dixit Augustinus: Hæc sarcina non est pondus onerati, sed ala volaturi. Habent enim, & aues pennarum suarum sarcinas, & quid dicimus? portant illas, & portantur, portant illas in terra, portantur ab illis in cælo. ] Vnde autem iugum regula vocatur suaue, & onus confiliorum leue: Vnde habet vt hoc iugum non sit ponderosum, sed leuissimũ, atque expeditissimũ: Vnde habet hoc onus vt non sit onus depressum, sed ala in altum attollens? Inde profectò, quod nos ferè nihil portamus, sponsus autè Christus totum pondus supportat. Quam causam illis verbis insinuat Bernardus. Christi quippe iugum, & onus est, & omninò importabile, nisi Christi æque spiritui. ] Est quoque hoc iugum honorificum, quoniam non ferè tantum, sed Dominus etiam ipse suam ei ceruicẽ supponit, & in Domino quidem indicium amoris est, in anima verò decoris est, & libertatis iugis. Vtrumque aperitis verbis indicauit Ambrosius. Portare Christi iugum (inquit) suaue est, si ornãmẽta putes ceruicis tuæ esse, non onera. Attolle ergo oculos semper ad Dominum Deum tuum, & quare Deum, & inuenies. Erige ceruicem, redimicula, nõ vincula geris. Multa quoque animalia redimiculis gaudent, & phalerari sibi magis, quàm nudari videntur, genæ sicut turturis præferent insignia verecundiæ, redimicula ceruicis libertatis attollent fiduciam. Leue est ergo iugum Christi, & idèd ceruix eo non premitur, sed leuatur. ] Non mirum quidem si iugum istud leue sit, quoniam homini gloria, cupido, omnia gloriosa, & honorifica, leuia & suaui putantur: nihil autem est isto Christi iugo gloriosius, quo onera sæculi, & pondera peccatorum excutimus, & solum onus filiorum Dei, quod amoris & dignitatis est, humero insidere sentimus. Non mirum si leue sit, quod non sola infirma natura nostra portat, sed & fortissima Dei gratia sustentat, cui nihil importabile, nihil laboriosum, nihil difficile reperitur.

Videamus igitur hos sponfos. Christum & animam, tam communem vitæ consuetudinem retinere, vt iugum religiose disciplinæ nec vquam Christus derelinquat, nec anima ad momentũ sine Christo sustineat. Ille hoc iugum nõ relinquit, quia semper fidelis permanet, negare seipsum nõ potest. ] Ad hanc verò fidelitatem spectat, vt numquã ab illis se subtrahat, quòd eius amor impulsit, vt soli diuino presidio niterentur, & nullum auxiliũ terrenũ admitterent. Nã protector est omnium sperantium in se. ] Neque hoc insigni beneficio cõtentus, quo sponsæ suæ animæ religiose suppetias ad iugum sustinendũ attribuit, addit aliud multò præstantius, vt iam præ incendio amoris iugum ipsa nõ sentiat, neque in monastica vita aliquod pondus, imò ingetem suauitatem inueniat.

Quod per prophetã Oseam omnibus religiois promissum est: Isti enim sunt populus ille dilectus, tamquã filius ex Ægypto vocatus. Isti sunt, quos dominus, quasi nutritius, portauit in brachijs suis, vt ipsi necdum aduertentibus, curaret eos. ] His autem quid Domini voce promittitur? Certè illud, quod statim propheta subiicit: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & pro eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. ] Trahit hos dominus ad se illis funibus, ac vinculis, quibus homines ligari solent, nempe donis, muneribus, beneficijs. Ab his autem semel attractis, & vi quadam suaui, ac violentia spontanea compulsi, iugum, quod premebat, abstulit, non sanè quia illos iugo disciplinæ eximit,

sed

Augu. ser. 24. de verbis Apost.

Matt. 11. 30.

Bern. lib. de præcepto et dicitur.

Ambros. in Psal. 118. form. 3.

Osee 2. 19.

Hugo. 1. de vniuersali mundi, longè ante suum.

Rom. 8. 5.

2. Timot. 2. 13.

Psal. 17. 31.

Osee 11. 3.



Ber. serm.  
14. 118  
Cant.

Sere. 21.  
20.

Cassian.  
col. 13. c  
16.

sed quia efficit, ut iugum religionis non sentiāt, nec mortificationis onus moleste accipiant. Quisquis enim istorū merito dicit illud Bernardi: Fateor, nō sustinui pōdus diei, & æstus: sed iugū suauē, & onus leuē pro beneplacito patrisfamilias porto. Opus meum vix vnus est horā, & si plus, prae amore non sentio.] Dominus itaque ad eū iugum nostrum non deserit, vt à conuersionis exordio illud nobiscum ferat, & post aliquod tempus, ita illi assuescimus, vt quasi nihil sustineamus: ipse verò molestiam à nobis adimens iugum exaltet, & veluti totum onus supportet. Anima autem sine Christo, neque ad horam iugum religionis deserit, quoniam illa, quæ a seculo, hoc est, à suæ conditionis initio confregit iugum Domini, rupit vincula, & dixit: Non seruam.] dum originali peccato infecta est, haud quaquam religionis iugo colla subiiciet, nisi potentia gratiæ Christi dometur, tantaque feritas, ac proteruita vincatur. Quis enim, quæso, præualeat (vt Cassianus rectè ait) quamuis feruens spiritu, vel squallorem solitudinis, vel sicci panis, non dicam quotidianam esuriem, sed ipsam saturitatem, nulla hominum laude suffultus, suis viribus sustinere? Quis æquè perpetuam sitim sine consolatione Domini tolerare? illoque dulci ac delectabili matutino sopore humanos nos fraudare oculos, & intra terminos horarum quatuor, omnem refectioem quietis iugi lege concludere? Quis indefinentem lectioem instantiam, quis operis irremissam sedulitatem, nullam præsentis lucri commodum captans, absque Dei gratia explere sufficit? Si autē ista, quæ verè minima opera religionis sunt, nemo sine Dei gratia præstare valet, quis, oro, poterit maxima huius vitæ onera omnium cogitationum, & affectuum abrenunciationem, propriæ voluntatis abnegationem, honorum ac dignitatum contempionem, veram humilitatem, ac angelicam puritatem, suis viribus sustinere? Certè nullus. Liqueat ergo, Christum, & religiosam animam, mortæ fidelissimorum coniugum, onera huius spiritualis connubij, vitæ nempe religiosæ, portare, vt nobis pateat, quòd sicut in hoc, & in futuro sæculo vna est illis habitatio, ita indiuidua est etiam vitæ consuetudo.

*De fide, ac prole Dei, & animæ religiosæ.*

CAPVT XXXV.



**A**M de fide, ac prole huius spiritualis coniugij aliquid dicendū est, vt dignitas ac felicitas animæ religiosæ padeatur, quæ non tantum fidelitatem Deo seruat, sed ei quoque tam dignissimo sponte tumma fidelitas custoditur; ab eoque huius suscipit, melle, ac fauo dulciores. Hęc duo, fides, & proles in carnali coniugio tam ingentia bona sunt, vt coniugio adiuctas curas, & distictiones excusent, & ardorem voluptatis honestent; quanto erant in connubio spirituali maiora, in quo nihil obscurem est, quod excusetur, nihil minus honestum, quod ad debitam munditiæ traducatur? ibi fidem homo homini seruat, hic Deus animæ, & anima Deo tanta firmitate custodit, vt nec vnquam ille animam obliuioni tradat, neque ista pro alterius amore suum Dominum derelinquat. Ibi filij generantur, quos amara mors aliquando conueller, hic liberi in lucem eduntur, qui nunquam morti cedent: sed in perpetuam ac iucundam nos vitam deducunt. Quòd Christus ergo fidem animæ religiosæ seruet tamquam dilectissimæ sponsæ, ille solus ambiget, qui eius proprietates, atque

**A** perfectiones ignorat. Ioannes quidem in sua reuelatione nomen ei summæ fidelitatis imponit. Et vocabatur (inquit) fidelis & verax, & cum iustitia indicat, & pugnat. Ibi autem ad omnes fidelitatem seruat, & veritatem, quanto magis sponsæ suæ erit fidelis, quam vnice amat, & pro qua tanta providentia, ac sollicitudine zelat, quam etiam nouit sibi vniuersa dedisse, & in eo solo omnem sui cordis amorem, & desiderium collocasse? si omnibus meritorum, aut demeritorum præmia, aut pœnas exoluet, quid ni repositam habeat sponsæ coronam iustitiæ, & reddet illi in postremo die ardens amator, & iustus iudex? Vider enim ipsa de propria vita bene sibi consciam diligere aduentum eius, & nihil in corpore, aut corde permittere præsentia tantæ maiestatis indignum. Si pro suis aduersus hostes, & inimicos iustorum pugnat, quo pacto non tuebitur eam, cuius vita, atque status nullum alium adiutorē admittit, ac præter ipsum nullum habet defensorem?

**B**Fidelis profectò est, o religiosi, qui vocauit vos, qui etiam faciet, vt secundum vestram vocationem viuatis, & integrum spiritum vestrum, & animam, & corpus illibatum ei sine querela seruetis.] Fidelis est vobis tanquam sponsis suis, siquidem iuxta necessitatem tam altissimi status auxilia perfectè viuendi largitur, dona, atque virtutes, religiosa vita dignas infundit, & robur ad superandas tentationes suppeditat. Fidelis est qui nos, ac omnia nostra valat per circuitum, & operibus manuum nostrarum benedicit, vt possessio nostra crescat in celo. Fidelem te, o Domine, semper inuenio; fidelè à die meæ conuersionis agnosco, in quo habui in pugna aduersus demones adiutorem, virtutum præceptorem, sollicitudinis leuamen & in omnibus meis necessitatibus & tribulationibus firmissimum defensorem. Fidelissimū denique in te sponsum posideo, cui, ad mirans illud tui serui Bernardi, verissimè dicā. Quo modo me amas Deus meus, amor meus, quomodo me amas, vbique recordans mei, vbique zelans salutem egeni, & pauperis, non solum aduersus homines superbos, sed etiam aduersus sublimes Angelos. In celo, & in terra iudicas, Domine, nocentes me, expugnans impugnantes me. Vbique subuenis, vbique assistis, vbique à dextris ex mihi, Domine, ne commouear. Hęc cātabo Domino in vita mea, psallam Deo meo, quandiu sum. Hæc virtutes eius, hæc mirabilia eius, quæ fecit. Si hæc, o Domine, singulis momentis pro me facis, si hæc mirabilia pro vili & atra Æthiopiis, ac si esset pulcherrima sponsa, misericorditer operaris, quid ni te fidelem vocem, fidelem prædicem, fidelem diligam, & itaque fidelissimo sponso, vitæ veritate, & actu meorum fidelitate respondeam?]

**C**Ita etiam fidelitas Domini illis, quæ exponimus, verbis aperte declaratur. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, & facta es mihi.] Quid enim iurauit nobis, nisi illud, cuius meminit Isaias? Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, si dederit triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti: Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis.] Per dexteram, & brachium suum iurat (id est, per Christum, vt exponit Hieronymus) qui est brachium potentie suæ, & dextera, quæ amplexatur nos. Quis autem credat Dominum iuriurando non stare, & ea, quæ tam asseueranter promittit, non adimplere? Implet sanè, & triticum nostrum, id est virtutum opera, quibus sustentamur, inimicis non tradit, & vinum nostrum, hoc est, consolationes spiritus, hostibus non per-

**D**mi et it

**E**mi et it

Apoc. 19.  
11.

2. Tim. 4.  
8.

1. Thess. 5.  
24.

Ber. serm.  
17. in cā.

Exech. 10.  
8.

1. Sa. 62. 8

Hieron. eo  
loco.

mittit: (Quas virtutes, & dona vorabant, cum nos in seculo a capto virtutis itinere, non semel deiiciebant) sed facit, ut his operibus iam numquam per graue crimen intermissis sustentemur, in omni perfectione crescamus, & in atriis suis, hoc est, in religiosis domibus ipsi toto corde laudemus. Et quod pactum nobiscum ingressus est? nisi illud, de quo in Ezechiele est eloquutus; Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra; & qui habitant in deserto, secure dormiet in saltibus.] Hoc pactum religiosa professio est, pactum utique concordie, & pacis, quo Deus nos ipsos sibi subiecit, & custodia pacti huius bestias sollicitudinum terrenarum a cordibus nostris ablegauit, ut pacati in deserto facte religionis quiescamus. Et quid est, quod pacti sumus illi? Certè quoddam animas nostras in charissimas sponas accepit, quas ardentè diligit, benignè sustentat, potenter defendit, mirabiliter secum atrahit, & numquam eas deserit, nisi prius ipse deseratur. Certè, quoddam facti sumus illi in peculium de cunctis populis, quod tamquam propria industria & labore partum, & tantis inspirationibus & suasionibus acquisitum, ne iterum pereat, diligentissima cura & prouidentia custodit. Si ergo hanc Domini curam, & amorè erga nos, omnes animæ religiose experimur, & nulla est, si attentè se ipsam, & suos euentus consideret, quæ hanc Dei sui dilectionem non experiatur, compertum est Christum veluti sponsum animæ fidelitatem seruare, eamque suo exemplo ad consimilem fidem & amore allicere.

At anima religiosa, sinceram quoque fidem Christo tamquam sponso vnice dilecto conseruat. Nam verè fidelis est illa, quæ amore capta comparis sui, omnia detrimentum fecit, & arbitrata est, ut stercorea, ut Christum lucrifaceret. & huius facti non penitens, in eodem proposito ac voluntate perdurat. O quanta fidelitas, vniuersa reliquisse, etiam quæ licitè posset retinere, ne aliquo distractionis contagio sceleretur! O quantus amor, nihil in proprios necessitatis vsus reseruare, ut cor ab omnibus mundi rebus auulsam in solius spõsi amore ac dilectionem incurreret! Fidelis est illa, quæ non solum exterius parentes, fratres, & amicos, dignitates, opes, & delicias deseruit, sed etiam interius animo, & affectu reliquit, ut eius vestigiis inhaereret, qui vocauit eam, ut sequeretur se. Felix sequela quam merces tam copiosa subsequitur. Nam dabit Dominus in conspectu eius animæ gentes (in quibus vitia, & immoderatos affectus intelligit) & reges obtinebit. Dabit utique quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.] Felix sequela, cui sponsi iugis memoria, & ardentissimus amor promittitur. Recordatus enim sum tui (dicit Dominus) miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando sequuta es me in deserto, in terra quæ non feminatur.] Terra ista, vita religiosa est, in qua, vitam agunt, non serunt, neque metunt, neque congregant in horreas; quoniam pater celestis pacificos illos. In hac terra Dominus animæ recordatur, ut eam ab omnibus aduersis tueatur, atque defendat, & miseretur paupertatis eius, ut eam pannis mendicitatis exutam, regalibus indumentis, & pretiosissimis gemmis virtutum amplificet. An non fidelis illa, quæ perfectionem sitiens minutissimas etiam cogitationes fugit, si de sponso non sint, aut non ad sponsum referantur? Menti quidem illud Cassiani habet infixum: Omnis cogitatio, non solum turpis, sed etiam otiosa, & à Deo quantulumcumque discedens, à perfecto viro immundissima fornicatio deputatur. Et ideo fidem debitam seruans, huiusmodi cogitatio-

nes, tamquam delicta immanissima exhorret. Non quia vana cogitatio graue peccatum sit in viro perfecto, abicit, sed quia diuinus amor instigat, ut anima puritatis desiderio capta, magis de illa leuissima cogitatione, quam homo mundanus de grauissimis peccatis suis, coram sponso doleat, & erubescat. Hanc fidelitatem sponso animæ Christus ab ea in cantico canticorum exquirens, dicit illi: Pone me, ut signaculum, super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. ] Qua iussione id præcipit illi, ut ceu fidelis sponsa, quæ iam paterna domo veteris Adæ egressa est, oculos mentis in vno tantum sponso defigat, amoris affectum in eo collocet, iugem memoriam in suo ductore atque amatore constituat. Id sanè iubet, ut sponsum, quasi anulum signatorium in corde, hoc est, in cogitationibus, in votis, in affectibus getet, & in brachio, in operibus, ac vitæ laboribus præferat. Vel ad hoc verba ista referenda sunt, ut animæ religiose Christus spõsus sit pro sigillo, quo omnia eius, tum interiora, tum exteriora signentur, quia videlicet omnia desideria, & opera sponse Christo sponso sunt offerenda secundum illud propheta: Dico opera mea regi. ] & in eius laudem, atque honorem præstanda. Sicut enim literæ sigillo consignatae, illi soli patent, ad quem destinantur, ita animæ, tum affectus, tum actiones Christo tamquam sigillo signatae, non humanis laudibus, sed celesti sponso dicanda sunt. Aut tandem signaculum hoc imaginem Christi designat, & tunc id profectò animæ intimatur, ut Christum induat, eius virtutibus moribusque se ornet, ipsius humilitatem, mansuetudinè, obedientiam ac puritatem repræsentet. Hæc omnia eò tendunt, ut Christus ab anima nostra totum amorem requirat, fidelitatem exposcat, cui fidem rependimus, cum iuxta præscriptum status nostri viuentes, velut mundo mortui, nihil sæculi cupimus, sed solum Christum tota mente requirimus.

Hanc ergo fidelitatem Christus, & anima religiosa casto professionis connubio copulati, sibi mutuo custodiunt, ad eò, ut hæc non insolenter, sed grate affirmare possit. Quia dilectus meus mihi, & ego illi. ] Nam ille tam speciali cura ac prouidentia intendit huic animæ, ac si nihil aliud ad suum imperium pertineret: & ista tam intimo amore intendit illi ac si nihil aliud nisi amare didicisset. Ex quo mundo, & vniuersis eius sollicitudinibus valedixit. Ista verò tam verax, atque impolluta horum coniugum fides, non est gaudio ac læticia destituta, quam filij ex isto sacro coniugio suscepti mirum in modum exhilarant. Sed quis hos liberos explicare sufficit? Certè tantò feliciores sunt iis, quos homines carnaliter generant, quantò minus nostræ officium puritati. Carnales enim filij in carnis pruritu & corruptione gignuntur, at spirituales, quos ex verbo concipimus, purissima spiritus voluptate, & incorruptione generantur. Ad hæc de anima religiosa dicemus, quod Basilus de virgine sapienter affirmat. Non modò (inquit) virgo vnice qua incorruptibili verbo coniungitur, incorrupta perdurat, verum illa quoque integritas, postquam fuerit vnita, perficitur. Non enim in amorem carnalis spõsi, qui integram virginem carnali coniugio violat, & mulierem facit, animarum quoque nostrarum sponso incorruptam animam sua communicatione comaculat, sed inquinatam potius à Diabolo per voluptates corporis nactus, eam ex muliere polluta, immaculatam virginem efficit. ] hinc etiam colligimus, quantò sit spirituale connubium carnali, non dico excellentius, & purius, sed iucundius, siquidem omnia habet coniugij propria: amplexus, & oscula, fecunditatè, susceptione filiorum

Ezech.  
34. 25.

Cant. 8. 6.

Psal. 44.

Cant. 2.  
16.Basil. lib.  
de vera  
virginitate.Philip. 3.  
8.

Ier. 41. 2.

Ier. 21. 2.

Cassian.  
col. 14. c.  
11.

Richard.  
in Can. c.  
8.

Hug. 1. de  
van. mū-  
di.

Prov. 5.  
18.

sine fœditate carnis. & cum magna animi puritate. Anima enim (vt magnus ait contemplator Richardus) Deus amplexatur, quando eam per gratiam ad se trahit, sibi que coniungit: osculatur, cum gratiæ suæ dulcedine refigit: fœcundat eam, cum charitatem auget: lacte pinguescunt eius vbera, cum dulcedine compassionis repletur. Est ibi spirituale concubium, concordia videlicet, & coniunctio voluntatum. Fœcundat ibi non carnalis copula ventrem, sed Spiritus sanctus mentem, gemellis hanc imprægnans fœtibus, id est, gemina charitate, Dei videlicet dilectione, & proximi. ] Quid ergo lætius, quid iucundius, quā his omnibus frui, estque virtute acquirere, sancti itate augere, & vitæ æternæ merita cumulare? Sed ne illos duos animæ filios ex verbo Dei susceptos transeamus: sunt enim pulchri, amabiles valde. Alter est amor Dei, qui omnes affectus & cogitationes sanctas amplectitur: Alter amor proximi, qui vniuersas animas Deo lucratas comprehendit. O dulces filij, quos non passio desiderij concepit, sed charitas virtutum regina generauit! O suaves liberi, quos, vt in statu collocemus, nō opes, & diuitias impendimus, sed ipsi nos parētes suos in statu immortalitatis collocant, & diuites ac gloriosos efficiunt! O amabiles fœtus, quorum educatio nullum angorem, neque mœstitiam exhibet, sed summo nos gaudio & exultatione prosequitur! Carnales nāq; filij, innumeris nos molestiis afficiunt. Vt enim (ait Hugo Victorinus) quis dicere potest, nisi qui expertus est, quanta labor, quanta molestia sit infantes excipere, & præter cæteras miseras, quæ magis tacendæ sunt, lactare, educare, nutrire, pueros instruere, disciplinā pariter, & scientia informare, & ad legitimam vsque ætatem perducere? Quis non satis caræ vnius noctis delectationem emisse se dicat, quam tot annorū labore, & cura recompenlat? ] At hi filij, quos spiritu puritatis concipimus, nec dolore molestant, nec in errore cōturbant, nec educationis labore contristant, sed si quæ fuit in relinquendo mundo pressura, eā suo decore, & vtilitate retribuūt. Hos filios, omnes animæ religiose suscipiunt. Neque enim timēda est illis terribilis illa legis infamia, qua sterilitas probro & ignominia tribuebatur, quia omnes, si velint, horū filiorū sunt matres honorabiles. Nulla enim anima est, quæ Deum suum amare, cupere, & affectibus sanctis amplecti non possit, nulla est, quæ animas conuertere, & in viā salutis non valeat adducere vel prædicationis verbo, vel virtutis exemplo, vel desiderijs, fletibus, & gemitibus, & precum iugitate. Non turbetur infirmus, nō mareat ineloquens, non tristetur idiota, non affligatur sustentatione fratrum, & rebus temporalibus occupatus, quia verbū Dei feminare nō valet, sancte, & immaculate viuat, suo exemplo odorem virtutis spargat, oret, & animarū cōuersionem gemitu & desiderijs exposcat, & sine dubio non erit sterilis, sed filios spirituales Domino generabit.

Est ergo anima religiosa sponsa Dei, & Deus sponsus est animæ sibi per hunc fœlicem statum cōsecrata, siquidem hoc inter illos arctum vinculum intercedit. Quos sponfos dulcissimos præterire nō possum, nisi prius in his lætissimo corde congratuler. O Domine Deus meus! O sponse charissimæ, sit plena tua benedicta, & lætare cū muliere adolescentiæ tuæ cerua charissima, & gratissimæ hinnulus. Vbera eius, inebrient te in omni tēpore, in amore eius delectare iugiter. ] Hæc sponsa tua sicut aquarum vena effundit aquas, ita sanctorū affectuum filios tibi profundat. Tam pulchra & decora sit, vt gaudij ac lætitiæ occasiones singulis momentis tibi præbeat. Tam fidelis, vt

quemadmodum cerui maria tranantes, se inuicē iuant, anteriore caput sequeris sustinēte, sic tuæ domus curam, & tuorum seruorum sollicitudinem, nō inuita sustineat. Tam amabilis, vt hinnuli, qui in deliciis habentur, gerat imaginē, cuiusque cōiuctu delecteris. Vbera eius, Domine, quæ seruus tuus Bernardus, congratulationem & compassionem vocat, ita tibi satisfaciant, vt gaudio eius de profectu bonorum, & compassione eius, de casibus pusillorum, veluti inebrieris, eique vicē rependens, in suis bonis gaudeas, & suas infirmitates dissimules. Amor denique, eius erga te, sic purus, & ardēs, sic à priuato amore alienus inueniatur, vt ex eo tamquam ex amore sponsæ dulcissimæ captas voluptatē. O anima religiosa sponsa pulcherrima illius veri Isaac, qui humano generi attulit risum, soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorū suorum. ] Soror mea es, quæcumque es, quia licet indignissimus, eundem statum religiosum teneo, eandem vitā tecum profiteor. Crescas in mille milia, & semper in laudem spōsi tui, cœlestibus donis, supernis desiderijs, & sanctis operibus augeris. Semen tuum, id est, filij tui, quos verbo, & exemplo generes, ita sint gratia fortes, & virtute robusti, vt aduersus hostes tuos, victores euadant, & peccatorum cuneos facili- ter vincant, atque prosternant.

De incrementis qua in cenobio induit anima religiosa.

C A P. XXVI.

**E**st igitur anima, quæ rebus mundanis valedixit, est sponsa Dei, quam tam pretiosis circumdedit vestibus, tam pulchris exornauit gemmis, vt ipsemet hunc illustrem ornatum, suis verbis per os prophete declarare dignetur, & simul habitum veri religiosi, qui omnibus quamcumque religionem profitentibus communis esse debet, manifeste commoueret. Laui (inquit) te aqua. ] Hæc aqua compunctionis est, qua sanctus David lauari cupiebat, cum ita Domino precabatur: Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Hac Dominus sponsam suam, non semel, sed sæpius lauat, vt vel pusillas maculas, ex humana conuersatione contractas, elamēter abstergat. Nec enim in domo Dei, in religione seilicet, quam sine dubio decet sanctitudo, macula ista, aut procaciter excusantur, aut simulatione reguntur, sed amara, assidua compunctione diluuntur. Est namque religiosa vita habitaculū veritatis, in quo prælatus, velut suauissimus pater, defectus subditorum corrigit, & alij fratres tamquam amici, non simulati, sed veri, teporis socordes insimulant, & tam maiores quā minores, humilitatis atque omnium virtutum exemplo, proteritiam inertium, & cordis duritiam coarguunt, & denique perfectionis documenta, quæ isti in regula volunt, eos tepida vitæ & ingratiūdinis sapiissime accusant. Homo verò tot modis increpatus, & à tot reprehensoribus accusatus, qui sine vilo furore, sua ei peccata, & defectus ingerūt, quid ni rubore, suffusus compungatur, & ista salutari compunctionis aqua, singulis momentis lauetur? Iste profectò est ille spirituales Ana, qui (vt ait Beda) donatus aut gratificatus interpretatur, qui inuenit aquas calidas in solitudine. ] Nam, in religiosa vita per solitudinem designata, aquam compunctionis reperit, non vana tristitia frigidam, sed charitatis igne calentem. Talem aquam inueniens merito Ana vocatus est, quia eximium donum, & singularem gratiam à Domino accepit, ex quo omnia alia dona dependent.

Bern. ser.  
10. in cā.

Gen. 24.  
60.

Psal. 50.  
9.

Psal. 92.  
5.

Genes. 36.  
24.  
Beda, de  
nomin.  
Hebr.

Et

Et emundau sanguinem tuum ex te. ] Non quidem illam ingentium criminu, quo Deus vidit animam ante suam conuerfionem fedatam:hunc enim in ipsa mutatione status confessionis sacramento deterfit, sed sanguinem leuium peccatorum, quem religiosa vita mirum in modu extenuat, quia & horum defectuum numerum, & grauitatem imminuit. Si enim non est homo, qui non peccet, dum carne mortali circudatur, sunt tamen plurimi in religione, diuina gratia praeuenti, qui leuissimas, & no multas culpas committunt, quas Dominus sapissimè compunctione diluit, ne orationis feruorem extinguant, aut amoris ardorem impediunt. Audi vitum religiosum ex ore Bernardi huc sanguinem minimoru defectuum amarissimis steribus diluentem, Reus, (inquit) fui in saeculo, reus sum in claustru, sed ibi per ignorantiam: hic per negligentiam, & vtrumque mereret. Verum tamen multo amplius terret me, quod in monasterio ante conspectum Dei deteriorem me inuenio. Collocauit me Dominus in loco voluptatis in domo vberatis, in paradiso deliciarum, ego vero miser, & miserabilis inter mensas epulantium fame pereo, iuxta fontem sitio, ante ignem algeo, & ad neutrum manus extendere volo, tam piger sum, & desidiosus. Ita tempus amito, quod Deus mihi sua pietate indulset ad agendam penitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promouendam gloriam. Quasi quoddam mostrum inter filios sto, habitum monachi, non conuersationem habens. In magna corona, & ampla cuculla salua mihi omnia existimo. Tamquam arbor sterilis terram occupo, & velut iumentum vile plus consumo quam proficio. Altiorum alterius locum teneo, & nullius officium suppleo: sed sum sicut truncus sine frondibus, & fructibus. Alij me pascent de laboribus manuum suarum sicut praebendarium suum. Ego autem tamquam pauper, & miser, nec clericum, nec laicum gero. Cantare naque & legere nequeo, laborare nescio, sed sum opprobrium hominum, pecore vilior, cadauere peior, & caetera. ] Haec & alia similia, quae ibi sanctus Pater Bernardus enumerat, (& sunt, si bene intelligatur, non ta peccata, quam magna humilitatis insignia, quia vir perfectus id de se dicit, quod sentit, no quod actione profert) religiosi quotidie lugent, & abundantisimis lacrymis desunt, vt scilicet ab istis guttulis saquinis, hoc est, a modicis defectibus emundati, conspectui sponsi purissimi, qui paschitur inter lilia puri, & illibati se praesentent.

Et vni te oleo. ] Hoc est illud oleu laetitiae, quod religio sancta ministrat, & in suorum cordibus filiorum abundanter infundit. In ea namque ex puritate conscientiae, & contemptu terrenoru, quod praedicta compunctione conquirunt, tata interdum oritur exultatio, vt omnes filij eius, ac si in balneo laetitiae essent loci, sic interius lati, atque alacres incedunt. Efficit hoc suauissimus spousus, cui se iustae animae dediderunt: nam ab eo oleo laetitiae, quo vni te eum Pater praesortibus suis in has spousas suas aliquas reliquias deriuat, illius aeternae exultationis praenuntias, quibus in loco exilij ipsae laetentur. Hoc in epithalamio spousi concinitur. Myrrha, & gutta, & cassia, id est laudum, ac laetitiae odoramenta, a vestimentis tuis defluunt, & a domibus eburneis manant, ex quibus odoramentis delectauerunt te filiae regum in honore tuo. Haec Christi vestimenta corpora religiosorum sunt, tanta munditia, ac puritate coferuata, ac si princeps regu Christi illis operiretur: Domus vero, siue pyxides eburneae, animae sunt religiosae, nitidae, & munda, quae diuinas laudationes reconduunt. Sed haec corpora, & haec animae laetitiae vnguento perfusa sunt, & in se-

**A** renitate vultus, in maturitate incessus, & in operum tranquillitate magnam laetitiam praeserunt, qua laetitiae spousum oblectant, quia de iustorum suoru gaudio cogaudet. Sic implet illud praecipuum Domini ad instructionem ieiunantium promulgatum: Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. ] Religio enim quoddam generale ieiunium est, quo ab omnibus rebus mundanis abstinemus, & carnis delicias respicimus. Hoc autem ieiunij tempore, no solum faciem metis a peccatis lauamus, sed oleo mira exultationis caput inungimus. Decet namque in diebus festis, quales sunt omnes ad vitam religiosam spectantes, cultiores incedere, & gaudiorum spiritualium oleo nos ipsos in honorem sanctae festiuitatis perfundere. Quanta autem sit ista religiosoru laetitiae, magnus ille pater Dorotheus in suis praecordiis satis manifeste experiebatur. cuius historiam ipsius verbis descripta, mirabileque Abbatis Ioannis ei datum responsum haud quaquam possim tacere. Cum enim laudabilem morem suum, ac omnibus religiosi apprimè necessarium aperuisset, quo praelato vniuersas cogitationes, omniaque sua occulta detegebat, vt sic ab ipso sine vlla offensione regeretur, ita subiugit. Quo factum est (credite, quod dicam, fratres) vt in tanta semper quiete, & securitate essem, vt plerumque peniteret me tanta tranquillitatis. Cum enim no ignorare opus esse nobis per multas tribulationes intrare in regnum caelorum, sentiremq; me ipsum, neque vnam afflictionem pati, angebar mirum in modum, fateor, dubius in sciusque, vnde haec tanta quietis causa esset. Quod mihi tandem senex aperuit, monuitq; ne mazerem, dicens: Quicumque sese traderet in patrum obedientiam, hanc tantam quietem, & securitatem a Deo necessario consequi. ] Isto ergo oleo laetitiae, quo beatus hic inungebatur, boni religiosi, & propriae perfectionis amatores sentiunt se quotidie perfundi, quibus disciplina religiosa, suavis profectio & leuis, pro afflictione & tribulatione data est, & subiectio monastica, pro onere atque labore. Onus quidem suauis, & iugum leue, quod nobis magna laetitiae, ac eximiae cuiusdam tranquillitatis materia est, tantum abest, vt opprimat, atque contristet. Si vero aliqui hoc iugum premuntur, eiusque pondere satis leui tristatur, seipos culpant, qui socordia, & dissideta victi, quae relinquere debuissent, necdum animo, & affectionibus abiecerunt. Haec autem sunt, & no iugum religionis quae eos vexant, & mazerem, atque dolore cordis afficiunt. In qua sententia optime Cassianus: Vt nobis (ait) iugum Christi no leue, nec suauis videatur, contumaciae nostrae est iustius adscribendum, qui dissidentia, atque incredulitate deiectione, contra illius imperium qui ait: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & veni, sequere me ] inepta peruersitate pugnamus, terrenaru scilicet facultatum materias retetantes, quarum cum nexibus animum nostrum Diabolus teneat illigatum, quid superest, nisi, vt cum voluerit nos a spiritualibus gaudiis leparare, earundem imminutione, ac priuatione maestificet? Id versutus fraudibus elaborans, vt cum iugis illius suauitas, & oneris leuitas vitiosa concupiscentiae prauitate nobis fuerit aggregata, ipsius facultatis, atque substantiae, quam nobis pro requie, ac solatia referuamus, vinculis irretitos, saecularium curarum flagris semper exercuet, ex nobismet ipsis, quo dilaceremur, exculpes. ] Qui ergo vniuersa mundana contempserit, & iuxta normam vitae religiosae vixerit, no dubitet se auditurum a Domino: Vni te oleo laetitiae & exultationis. ] Iquo dies suos in magna quiete, & tranquillitate traducet. Quia licet procellae temptationu irruant, suburbia tantum passionum impetent, munitissimam vero mentis urbem non attinget.

Eze. 16. 10.  
Bern. de interiori domo. c. 37.  
Cant. 2. 17.  
Psal. 44. 9.  
f. 36.

Matt. 6. 17.

Dorothei doctrina. 5.

Cassian. col. 24. c. 24.

Matt. 19. 21.



Et vestiui te discoloribus.] Prima hæc vestis spõ-  
 sæ variorum colorum, non alia, quàm modestia est.  
 Primò enim religio filiorum suorù corpora moderatur,  
 deinde animas, vt à facilioribus ad difficiliora  
 procedat, & illud Apostoli adimpleat: Non priùs,  
 quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod  
 spirituale. ] Non est autem hoc indumentum vnus  
 tantùm, sed multorum colorum: quia vniuersa cor-  
 poris membra, aut omnium actiones membrorum  
 sua pulchritudine exornat, & sua potestate compo-  
 nit. Eaque corpus nostrum indutù, mirum est, quan-  
 tùm adificationis secularibus tribuat. Hi nãque cù  
 non nisi externa cõsiderent, internarù autem actio-  
 num notionem nõ habeant, ex hac corporis discipli-  
 na, ex demissione oculorù, ex oris custodia, & exte-  
 rioribus humilitatis indiciis, quæ visu conspiciunt,  
 internam virtutem, animique perfectionem metiun-  
 tur. Et quidẽ in hoc non est multa deceptio, quoniã  
 licet hæc exterior compositio corporis, nõ sit solida  
 virtus, est tamen index veræ virtutis, quã nullus im-  
 perfectus diu fingit, nullusque perfectus, spirituali-  
 que contemnit. Imperfecti quidẽ & pigri diu la-  
 tere non possunt, quia licet assumat intrinsecus ve-  
 stimenta ouium, cum intrinsecus sint veluti lupi rapa-  
 cæ, facile ex fructibus cognoscuntur. Et cum fue-  
 rint illa inepta cura fingenda modestiæ, & humilita-  
 tis obliui, statim ineptis corporis motibus, & animi  
 perturbatione se produnt. Perfecti autẽ, & sui ipso-  
 rum curam gerentes, externum vultum non despi-  
 ciunt: quoniam hæc exterior corporis lenitas, sen-  
 suumque ac mēbrorum compositio, est internæ trā-  
 quillitatis, & quietis indicium, per quod animi virtus  
 sepe puritasque dignoscitur. Nã ex visu cognoscitur  
 vir, & ab occurſu faciei cognoscitur sensatus.  
 Amictus corporis, & risus dētiũ, & ingressus homi-  
 nis annunciant de illo. ] Hæc enim modestiæ virtus  
 aliquid à prudentia, & aliquid à charitate mutuo ac-  
 cipit, vt homines seculares Christo lucretur, ad eorù  
 mores se, sine virtutis detrimento cõformat: & cum  
 mærcibus tristis, cum flentibus lagens, cum lætanti-  
 bus modestè læta, & hilaris apparet. Hæc vestè gesta-  
 bat Paulus cum dicebat: Factus sum Iudæis, tamquã  
 Iudæus, vt Iudæos lucrarer, iis, qui sub lege sũt, quasi  
 sub lege essem, cū ipse nõ essem sub lege, vt eos, qui  
 sub lege erãt, lucrificerẽ, iis, qui sine lege erãt, tam-  
 quã sine lege essem, (cũ sine lege Dei nõ essem, sed  
 in lege essem Christi), vt lucrificerẽ eos, qui sine lege  
 erãt. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrif-  
 facerẽ: Omnibus omnia factus sum, vt omnes face-  
 rem saluos. ] Sicque in veste Aaron, quam habebat  
 totus erat orbis terrarũ, quia vir per religiosum sta-  
 tum Deo consecratus, debet, quod ad externam cõ-  
 uersationem attinet, omnibus (prout fuerit possibile)  
 se accommodare, vt omnes ad Christum trahat, & ad  
 virtutis amorẽ inuitet. Sic vestitus erit discoloribus:  
 hoc est, veste quadam, quæ vnã cum sit, multarũ vir-  
 tutum necessitatẽ supplet, & earũ diuersas pulchri-  
 tudines defert. Sic ad exẽplum Pauli, omnibus om-  
 nia factus est, non mentientis actu ( vt inquit Ansel-  
 mus ) sed compatientis affectu. Non mala aliorum  
 fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omni-  
 bus, tamquam si sua essent, misericordis medicinæ  
 diligentiam procurando.

Et calceauit te hyacintho, & cinxi te bysso, & in-  
 dui te subtilibus. ] Sequuntur tres animæ religiose  
 ornatus pretiosissimi, paupertas, castitas, & obediẽ-  
 tia, in quibus substantia religionis consistit, & con-  
 ueniẽtissimè calceo, cingulo, & indumento signa-  
 tur. Calceus paupertatẽ significat, quæ pedes animæ,  
 id est, affectus protegit, ne in res temporales impin-

1. cor. 13. 46.

Eccles. 1. 9. 26.

1. Cor. 9. 20.

Sapient. 16. 24.

Ansel. in 1. Cor. 9.

gãt, & scopulis diuitiarũ lædantur. Paupertas enim,  
 licet exterius sentiat, præcipue tamẽ in affectu est,  
 qui res viles, & valde ad vitam necessarias admittit,  
 curiosas verd, aut minime necessarias, omninò reii-  
 cit, atque contemnit. Meritò autem hic calceus ex  
 hyacintho conficitur, quoniam lapis iste ( vt inquit  
 Hieronymus ) cæli habet similitudinem, & caelestia  
 desideria sunt, quæ amorem tollunt terrenorum, nec  
 potest quis res diuinas ardentè amare, & pecuniæ,  
 ac supellectili, aut rebus aliis vilissimis inherere. ]  
 Hyacinthus etiam ( vt author est Hugo Victorinus )  
 mutat colorem cum facie cæli; si clarum est cælum,  
 lucet, si obscurum, fit obscurus: sic verus pauper,  
 tempore, & loco, & mendicitati monasterij se ac-  
 commodat, nec à secularibus quærit superflua sub-  
 sidia, illud Pauli custodiens. Scio, & humiliari, scio,  
 & abundare. Vbi que, & in omnibus institutus sum,  
 & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati.  
 ] Hyacinthus tristitiam pellit, suspiciones vitæ,  
 nervos vegetat, ebrietatem fugat, & dulcem sapo-  
 rem tribuit. Ita virtus paupertatis mentem paucis  
 contentam exhilarat, vanas prælati temporalia di-  
 stribuẽtis suspiciones tollit, corpus omne confortat,  
 sobrietatem efficit, & cibis insulis dulcissimum sa-  
 porem impertit. Illud ergo Hieremias aure cordis  
 percipientes: Prohibe pedem tuum à nuditate. ] His  
 calceis affectuum nostrorum pedes protegamus, ne  
 rerum temporalium spinis læsi, peccatorum sangui-  
 nem fundant.

Cingulum verd byssinum, quo lumbos iubemur  
 præcingere, index est castitatis. Quia enim viris lu-  
 xuria in lumbis est ( vt annotauit Gregorius ) lum-  
 borum cinctorium, præsertim ex mundissimo bysso  
 contextum, non aliud quàm purissimam castitatem  
 potest designare. Quia ( vt ipse Beatus Pater post  
 pauca verba subiungit ) lumbos præcingimus, cum  
 carnis luxuriam per cõtinentiam coarctamus. ] Hoc  
 igitur cingulo accingit Dominus spõsam suã, vt libi  
 dinis in ea vitia cohibeat, & aptam faciat ad perci-  
 piendã diuini luminis claritatem. In quam sententiã  
 ita scribit Hieronymus: Hac bysso accinguntur renes,  
 quoties pinguis libidinis inceptiua tenuanda sunt,  
 nihilque in eis crassi humoris relinquatur, & imple-  
 mus præceptum Apostoli dicentis: State ergo succin-  
 cti lumbos vestros in veritate, quasi aliis verbis di-  
 ceret: Bysso. Et Dominus ad Apostolos loquitur: Sint  
 D lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in mani-  
 bus vestris. ] Nisi enim astrinxerimus fluentia lûbo-  
 rum rheumata, lucernas in manibus habere nõ pos-  
 sumus. ] Nec casu putadũ est hoc cingulum, quo reli-  
 giosi accinguntur, non lineum, sed byssinum fuisse  
 nuncupatum, quod & tenuissimum est, & mundissi-  
 mum, quoniam hi non tantùm externã carnis sædi-  
 tatem fugere, sed minimam etiam cogitationem cas-  
 titati aduersãtẽ, debet omni conatu deuitare. Quod  
 optime Hugo notauit his verbis: Qui enim non tan-  
 tùm peccata carnis, quæ sunt quasi grossiora fila, re-  
 linquunt, sed etiam cogitationum delicta, subtiliter  
 examinant, hi bysso induuntur: his enim filis tela te-  
 xitur religionis. Induuntur hi tunica talari, & cin-  
 guntur baltheis. Tunica talaris est in bonis operibus  
 perseverantia longanimitatis, baltheus, quo tenes  
 cinguntur, est castitas, per quam luxuriæ fluxa re-  
 stringuntur. ] Hoc ergo cingulum primò religiosi  
 contextunt, & postea illo seipos præcingunt. Pri-  
 mò quidem illud faciunt, dum flagellis, ciliciis, vi-  
 giliis, inedia, sensuum mortificatione, cogitatio-  
 num custodia, & præcipue ardentissima oratione,  
 carnem domant, & ad munditiã, & puritatem  
 traducunt. Vnde in libro Paralipomenon scriptum

Hieron. in Ezech. 1.

Hugo lib. 3. de natural. histori. c. 58.

Philip. 4. 12.

Hieron. 2. 25. Hier. 1. paralip.

Greg. bo. 13. in Euang.

Hieron. lib. 4. in Ezech. c. 16.

Ephes. 6. 14. Luc. 12. 35.

Hugo lib. 2. de nup. tuis spirit. inal. c. 3.



1. Paralip.  
4. 2. 1.

est: Quia cognationes domus operantium byssum sunt in domo iuramenti. ] Domus iuramenti cœnobium est. id est, domus voti, & promissionis, in qua Deo paupertatem, castitatem, & obedientiam promittimus. Merito autem cœnobium in tabernaculo Moïsi, vel in templo Salomonis, quod secundum litteram domus iuramenti dicitur, signatum est, quoniam diuino cultui, & iugibus sacrificiis offerendis consecratur. In hac autem domo iuramenti, cognationes operantium byssum commemorantur, quia vniuersis religiosis cœtibus hoc cordi est, castitatis byssum operari, & carnis, atque cordis munditiam præfatis instrumentis contexere. Postquam verò decorum, & pretiosum cingulum operati sunt, illos lumbos præcingunt, dum se ipsos ad cœleste lumen percipiendum parant, & ab omnibus carnis illecebris, quæ Dei contemplationem impedire possunt, prouidenter expediunt.

Cassia. lib.  
4. de instr.  
tu. c. 10.

Indumentum tandem ex subtilibus, obedientiam designat. Et hoc quàm aptè ille solus intelliget, qui collum perfectæ obedientiæ non fictè, sed vere submitit. Obedientia indumentum est, quoniam sicut vestis totum corpus tegit, sic obedientia omnem vitam religiosam cooperit, in qua nihil faciendum, nihil omitendum est, nisi quod prælati præscribatur imperio. Quod ita confirmat magnus Cassianus. Tanta obseruantia obedientiæ regula custoditur, vt iuniores absque præpositi sui scientia, vel permisso, non solum non audeant cellam progredi, sed ne ipsi quidem communi ac naturali necessitati satisfacere sua auctoritate præsumant. ] Et indumentum est subtilissimè, quasi ex tenuissimo serico esset confectum, quia vel minima propria voluntate abruptitur, vel paruissima repugnantia læditur, & quia non solum corpus, & externas occupationes prælato cõmittit, non solum voluntatem subiecit mandatis illius, sed tamquam subtilissima lux ( & verè lux est, quæ nos sapientissimè regit) in aditissimâ intelligentiam penetrat, & arcè munitissimâ iudicij peruat, vt ipsum in superioris redigat potestatem. Vestis profectò subtilis est obedientia, quæ fila solius diuinæ voluntatis habet, per prælatum nobis ostensæ, & nullam propriam voluntatè, quæ scilicet repugnat diuinæ, tamquam crassiore admittit. Vestis subtilis, quæ non tantum bonum quærit, sed an bene, id est, secundum præscriptum regulæ fiat, sapienter inquirat. Vestis subtilis, quæ minora bona, & secundum hominum existimationem minus vtilia, maioribus, & speciosioribus bonis anteponit, si illa præcepta sint, hæc verò propriæ voluntati relicta. Et tandem vestis subtilissima, qua non communes homines, qui propria voluntate reguntur, sed principes nobilissimi, qui in domo, & palatio Dei habitant, operiuntur. Hac induit nos Dominus, vt nos ad eum pertinere vniuersi cognoscant, & eius honorifica signa peruideant. Sicut enim ipse venit facere non voluntatem suam, sed voluntatem Patris, qui in cœlis est, ita eius serui fidelissimi sunt, qui in nulla re propriam, & in omnibus Patris æterni exequuntur voluntatem.

De pretiosis gemmis anima religiosa.

CAPVT XXVII.

**N**ec solæ vestes fidelissimo sponso curæ fuerunt, quibus charissimæ sponsæ nuditatis tegeatur, sed prouidit ornamenta gemmarum, quæ ipsam, tum digniore ostenderent, tum pulchriorem efficerent. Hoc autem est,

A quod addit. Et ornauit te ornamento. ] Illis scilicet cœlestibus donis, quæ tamquàm pretiosissimi lapides sponfam exornat. Quis dubitet religiosam animam non utcumque, sed pulcherrimè ornata esse, quæ Christus simul ditissimus rex, & amantissimus sponsus, vt sibi coniunctam, ac desponsatam locupletat? si enim lilia agri, quæ non laborant, neque nent, ille sic vestit, vt nec Salomon in omni gloria sua cooperitus sit vt vnum ex illis, ] quantò pulchrius, & gloriofius eam animam instruet, & ornabit, quam non ad hoc in agro religionis produxit, vt statim marcescat, sed vt in omnem æternitatem virens floridèque permaneat? Quam non segnitie, atque otiositas ligat, sed labor virget, & cura proficiendi, vt maiorem in dies decorem acquirat, semper nec illam virtutum, & honorum operum telam, qua se pretiosius, & præclarior operiat. Sed ne ista ornamenta leuiter, & sine debita discussione transeamus.

B Et dedi armillas in manibus tuis. ] In his armillis robur intelligo, quod religiosus tribuitur, vt religiosam disciplinam ferant, corporis afflictiones sustentent, & plusquam si essent ferrei, corpore, spirituque laborent. His enim non incongruè dictum exillimo: Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. ] Et rursus illud: Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite. ] Quoniam sub corpore infirmo & imbecillo tantis viribus pollent, vt onera occupationum importabilia, facile, alacriter, & cum magna animi tranquillitate, & deuotione sustineant. His etiam dicitur illud Ecclesiastici. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino. ] Quia externis operibus, per dona brachiorum designatis, nec dū faciati, interna opera contemplationis, & lectionis, adiiciunt, & in altari cordis holocaustum sanctificationis, id est, se ipsos igne charitatis absumunt. Et hinc illud Michæe impletum est: Secundum dies egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia: Videbunt gentes, & confitentur super omni fortitudine sua, Ponent manus super os, aures eorum surdæ erunt. ] Cùm enim hi sæculum, tum professione, tum vita relinquunt, vident in se mirabilem mutationem effectam, vt ardua, & mirabilia in obsequium Ecclesiæ patrant, mundi huius sapientes, superbique confundant, vt & aures suas, ne audiant religiosorum opera, præ inuidia obturent, digitum ori supponant, nec in conspectu illorum loqui audeant.

D Et torquem circa collum tuum. ] Quid autem est torquis, nisi vtilitas propria, quam animæ religiose ex suis laboribus, & præcipue ex munere predicationis percipiunt? Nam eisdem laboribus, quibus alios iuuant, se ipsas roborant, & in exercitio virtutum fortiores efficiunt, & eisdem vocibus, quarum spiritu alios terrent, se ipsas monent, ne ea opere exquantur, quæ in auditoribus predicatione condendant. Quare propria verba atque labores, ad modum torquis, qui non solum ornamentum, sed etiam protectio collis est, eas protegent, atque circumdant. Et propterea Dominus mystico illi equo, qui Evangelij administratorem designat, prius præbuit fortitudinem, & postea circumdedit collo eius hinnitum, quia predicationis vox (vt præclare scripsit Gregorius) de internis emanat, sed extra circumdat, & quod alios ad bene viuendum suscitât, eò ad bene agendum, & opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. ] Imò & hunc ipsum propriorum vsum laborum clarius expressit, ita subiungens, hinc est, quodd potenter dimicantibus in munere torquis datur, vt

Matth. 6.  
28.

Isai. 35. 3.

Hebr. 12.  
12.

Eccle. 7.  
5.

Michea.  
7. 15.

1. Cor. 39.  
22.

Grego. 31.  
mor. s. 11.

Beda in  
prou. c. 3.

Iacob. 1.  
28.

Basil. reg.  
13 f. d.

Thom. a  
Camp. ser.  
4. ad no.  
uic.

Clim. in  
scala pa.  
ra. Grad.  
11.

Greg. in  
eans. c. 1.

3. Reg. 10.  
21.

quia signa virtutum gestant, maiora semper exer-  
ceant, & debilitatis crimen incurere nequeant, dū  
in semetipsis iam fortitudinis est primum, quod  
ostentant. Et in eundem sensum Venerabilis Beda  
mysterium torquis exposuit. Additur (inquit) & col-  
lo torques, cum fulgore perfectę operationis, sermo  
prędicationis, qui per collum procedit, confirmatur:  
ac ne contemni ab auditoribus debeat, indeficienti  
virtutum cōnexionē docetur. Torques igitur iste ex  
propriis constans laboribus, quem Deus sponsę suę  
colla circumdat, omnibus mundi diuitiis pretiosior  
est, siquidem eam suauiter intra metas virtutis con-  
tinet; & à vitis, quę damnat, abducit.

Et dedi in aurem super os tuum. Hoc monile si-  
lentium est, quod iure in auris appellatur, & gemma  
pretiosa super os pēdente nobis exprimitur; quia il-  
le hoc dono pręditus est, qui prius internis auribus  
à Domino percipit, quę ore est eloquutus. Hanc  
inaurem vita religiola semper in magno pretio ha-  
bet, & magna cura, & diligentia custodit, quia sine  
illa suum splendorem amittit, dicente Iacobo Apo-  
stolo: Si quis putat se religiosum esse, non refręnans  
linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est  
religio. Verę se ipsum decipit, qui sine taciturnitate  
putat se religionem tenere: Nam linguam non cohi-  
bens, mente Deo inherere, & Christo spōso religare  
non potest. Hanc in aurem omnes huius vitę cultor-  
es, siue tyrones sint, siue veterani, impensę diligunt:  
illi, vt reum mundanarū obliuiscantur, & res cęle-  
stes memorię infigant. Est enim taciturnitas (vt in-  
quit Basilius) quę eorum, quę dediscēda sunt obli-  
uionem ex deluetudine pariat, & ad ea, quę recta  
sunt, dicenda, otium suppeditet. Isti verō, vt ex bo-  
norum operum exercitio deuotionis calorem con-  
ceptum, non solum augeant, sed etiam conferuēt.  
Beatus enim (ait Thomas à Campis) qui os suum  
strictę custodit, ne otiosum, aut nociuum verbum  
proferat. Talis magnam pacem habebit, bonam cō-  
scięntiam, & famam, deuotionisquę gratiam obtine-  
bit specialem. Et denique tam isti, quā illi, vt om-  
nium habeant adiumentum virtutū. Est enim taci-  
turnitas (vt Climacus ait) mater orationis, captiui-  
tatis reuocatio, ignis diuini amoris obseruatio, cogi-  
tationum diligens inspectio, specula olei suauitatis,  
luctus, lachrymarum amica, memorię mortis opera-  
trix, suppliciorū pictor, iudicij indagatrix, sagax mę-  
roris subministratrix, inimica fiducię, quietis cōiux,  
ambitiōsę doctrinę aduersatrix, scientię adiectio,  
speculationis opifex, secretus in Deum profectus,  
occultus ascensus.]

Hęc pulchra in auris, non ex aure pendet, sed ori  
supponitur, vt mysticum aliquid contemplerur, ni-  
mirum silentium, nec posse esse facile, neque per-  
petuum, si non ab aure, id est, à cordis attentione  
procedat, quod esse debet diuinis rebus intentum.  
Ne tamen hęc auris interna decipiatur, adiectum  
est: Et circulos in auribus tuis. Et fortassis hi circuli  
non sunt à marenulis aureis discreti vermiculatis  
argento, quę sponsę sunt datę in decoris augmen-  
tum. Nam si (vt putat Gregorius) murenulę orna-  
menta sunt aurium, verba Christi designant, plena  
sapientię, & puritatis, quibus anima prudenter oc-  
cupata, nec verba inania mundi audit, nec locutio-  
nibus vanis intendit. Horum autem verborum,  
quę quanta est in canobis abundantia! Verę his domi-  
bus Domini, & palatijs æterni regis illud accomo-  
dari potest, quod in Regum narratur historia. Sed &  
omnia vasa, quibus potabat Salomon, erant aurea,  
& vniuersa supellex domus saltus Libani ex puro  
purissimo: Non erat argentum, nec alicuius pretij

putabatur in diebus Salomonis. Religiōsi namque,  
velut magni reges, ex verbis Christi, & mundissimo  
auro sapientię fabricati, tamquam ex vasis pretio-  
sis sui ipsorum eruditionem hauriunt, & limpidissi-  
mam aquam munditię, merumque vinum deuotio-  
nis ebibunt. Vniuersa eorum supellex ex hoc auro  
componitur, quoniam in doctrina saluatoris habēt,  
quo tentationes vincant, se ipsos veteri homine ex-  
polient, noui hominis virtutes discant, & proximos in  
viām salutis erudiant. Ita his verbis abundant, vt ea  
dē lecto surgentes memoria recitent, cubantes rumi-  
nent, comedentes audiant, loquentes conferant, se-  
dentes legant, vacantes discant, & die ac nocte secū-  
dam quod de viro iusto per Psalmistam dictum est,  
hanc legem Domini meditentur. Argentum autem  
verborum secularium, quod sonat quidem, sed non  
replet animum, nullius pretij reputant, neque in suis  
collationibus in cōmuni habitis, aut in priuatis col-  
loquijs admittūt. Quibus enim verbum Dei sapuit,  
omne verbū secularē despicit, ac si esset cibus nullo  
sale conditus. Cum ergo omnia mundana fugiant, &  
sola diuina cupiant, hęc vera Christi, quibus diuina  
percipiunt, in suis auribus insonant, vel potius quasi  
circuli aurei ex auribus pendent, vt hęc audientes,  
hęc meditates, hęc loquentes silentium seruent,  
& omne verbum secularē à suo ore remoueant.

Qui autem verbo non offendit, hic perfectus est  
vir. Quare animę refręnanti linguam suam iure  
optimo itatim dicitur. Et coronam decoris in capite  
tuo. Nam quę vincit linguam suam, vniuersa vitia  
ante prostrauit, omniumque eorum victorijs coro-  
natur. Quę autem linguam nō vicerit, certa sit, quia  
non poterit vitiorum ac peccatorum victorijs coro-  
nari. Hoc enim solum membrum modicum quidē,  
sed quod magna exultat hoc est, magnas in corde  
procillas extulscit potēs est nos multoties prostra-  
re, & mille plagis vulnerare. Leuis res sermo (inquit  
Bernardus) tenera, mollis, & exigua caro. Lingua ho-  
minis, quis sapiēs magni pēdat? Leuis quidē res ser-  
mo, quia leuiter volat, sed grauitur vulnerat, leuiter  
transit, sed grauitur vitit, leuiter penetrat animum, sed  
nō leuiter exit, proferitur leuiter, sed nō leuiter reuo-  
catur, facile volat, atque ad eadē facile violat charitatē:  
Vilis res est musca moriēs, sed exterminat olei suaui-  
tatem. Tenerum membrum lingua, attamen vix ten-  
neri potest: substantia quidē infirmū, atque exiguum,  
sed vsu magnum, & validū inuenitur. Modicū mem-  
brum est, sed nisi caueas, magnum malum, & multa  
alia pulchrę. Qui itaque hoc tam pestilens membrū  
domuerit, & in aure, siue monili silētij super os pen-  
dente compresserit, & tamquā ostio circumstantię,  
& vinculo circumspectionis ligauerit, qui circulis au-  
rium suarum, id est, Christi verbis intentus, hunc ca-  
lamum, carnis substantia parū, & damnis maximū  
prudētē otiosum tenuerit, & tantum pro tempore,  
& loco, in diuinis laudibus, & in sanctis, & necessa-  
rijs colloquijs occupauerit, sciat quoniam accepit  
coronam decoris in capite suo. Huius enim hostis  
victoria, omnium aliorum hostium victoria est, quia  
qui hunc perfectę vicerit, signum est omnes etiā alios  
inimicos prostrauisse. Deus autem, qui iustus, & re-  
ctus est, omnes victores non solum in alia vita, sed  
etiam in ista vita coronat. In alia dum iustorū capita  
gloria & honore cingit, & fertis la pidū pretiosorum  
circūdat: in hac verō, quia dat illis (vt est i Prouerbijs)  
augmentū gratiarū, & corona inclyta proteget eos.]

Huic animę, quę has illustres victorijs cōpara-  
uit, tribuit Dominus in religione (vt cetera conclu-  
damus) aurum sapientię, vt diuina contempletur,  
& argētum eloquij mystici, vt populos instruat, & à

Psal. 1. 2.

Iacob. 3.  
2.

Iacob. 3.

Bern. ser.  
de tripl.  
custodia  
manus,  
linguę,  
cordis.

Prou. 4. 9.

peccatis

Iob. 28. 1.

Greg. 18.  
mor. c. 14.

Psa. 100.

Psa. 118.  
104.Cassia.  
col. 14.  
c. 9.Nazianz.  
lib. 5.  
sent. 4.

peccatis ac vitiis abducatur. Huius auri atque huius argenti locuples satis est religiosa vita, fallaces diuitias, in has veras & semper mansuras commutans. Nam (vt inquit Iob) habet argentum venarum suarum principium, & auro locus est, in quo cõflatur.] Huius spiritualis auri locus (vt ait Beatus Gregorius) non est profectò alius, quàm Catholica Ecclesia, & huius argenti vena, non est alia nisi Scriptura diuinitus inspirata, ad cuius gnomonem vniuersa, quæ corde credimus ad iustitiam, aut ore confitemur ad salutem, referenda sunt. Sed religiosus status, Ecclesiæ occultior & selectior pars, est huius mineræ locus ditior, in quo, & argentum purius, & aurum inuenitur pretiosius. Sicut enim in venis argenti & auri, aliqua receptacula inueniri solent, plena metalli purissimi, quæ nostri erumenas metalli vocant, in quibus auri, argentiue maior, & purior est copia, quàm in aliis venæ partibus, quæ metalla hæc cõtinet, lapidibus & terræ permixta: ita in hac vena veræ sapientiæ, & verbi Dei, quæ est sancta mater Ecclesia, vitam religiosam, & à curis rerum mundanarum auulsam reperimus, tamquam metalli thecam, in qua, & argenti sermonis pulchrius, & efficacius gignitur, & aurum sapientiæ purius effoditur: sapientiæ cor mundum amat, & mentem curis sæculi vacuam, in sui domicilium requirit. Scriptum est enim: Psallam, & intelligam in via immaculata. ] Et rursus: A mandatis tuis intellexi. ] Quia vita munda, & immaculata, ac diuinorum custodia mandatorum adiuturæ scientiæ aperit, vt in abdito cordis introeat. Vnde Cassianus egregie ait, Et idcirco, si scientiæ spirituali sacrum in corde vestro vultis tabernaculum præparare, ab omni vitiatorum contagione purgate, & curis sæculi præsentis exuite. Impossibile nãque est, animam, quæ mundanis vel tenuiter distentionibus occupatur, donum scientiæ promereri, vel generatricem spiritualium sensuum, aut tenacem sacrarum lectionum fieri. ] Si anima ergo religiosa mundando cordi, & curis sæcularibus vacuandis, intenta, aprissima est, vt auro sapientiæ spiritualis ornetur: Eloquium verò ad animas mouendas efficax, quod prauos affectus euellat, & bonorum operum desideria plantet, non inter curas diuitiarum, inter ambitiones honorum, & corporis delicias acquiritur, sed in sanctæ meditationis studio, in orationis, ac gemituum frequentia, in afflictione corporis, & despectu omnium terrenorum comparatur. Quem enim vnquam vidisti suis cupiditatibus seruientem, vanis & ineptis cõfulationibus vacantem, & suis diuitiis, & dignitatibus inhaerentem, qui verbo corda permoueat, & vitiis irretita, in iustorum libertatem educat? Certè nullum. Quare rectè dixit Gregorius Nazianzenus: Aut docendi munere abstine, aut moribus, vitæque probitate docer, ne aliqui discipulos altera manu trahas, altera repellas. Minus tibi sermone opus erit, quæ factò opus sunt faciendi: pictor non tã sermone, quàm penicillo, atque exẽplo docet. ] At religio est meditationis domus, orationis schola, fletu, & gemituum administratrix, deliciarum corporearum auerfatricis, honorum, ac diuitiarum cõtemptricis: omniumque virtutum magistra. Ea igitur suis cultoribus verbu potes administrabit, quod adiuctum operi cordium sæculariu duritiẽ emolliat, & ad Christi pauperis, & patibulo affixi, imitatione impellat. Ornata es ergo, o anima, in religioso statu, argento & auro, quia eam vitam professã es, cui à Domino sapientiã vera, & eloquium castum, & velut igne examinatum, cõceditur.

Hanc etiam animam, iam teritid induit Dominus vestibus perfecti decoris. Et vestita es (ait) bysso, & polymito, & multis coloribus. ] Cogit nos sacrarum

A literarum auctoritas, vt in hoc bysso aliud intelligamus, quã supra in cingulo byssino mysticè signatum esse cognouimus. Nec enim dona ditissimi, & liberissimi sponsi, suæ sponse donata tam pauca sunt, vt in non multis lineis essent iterum repetenda. Et ille, qui nõ est ineptus suorum donorum exaggerator, sed largus beneficiorum elargitor, recensens munera sua, non inculcabit illud munus, quod donatum esse iam dixerat: Necdum, quod illud cinctoriũ fuit: nam inquit: Cinxit te bysso] hoc autem indumentũ est, quare ait: Et vestita es bysso, & polymitano, & multis coloribus. ] Hoc igitur byssinũ indumentũ, innocentiam significat, tunica verò polymita, multitudinem varietatemque virtutum. Decora sanè vestis, quã Dominus sanctæ Ecclesiæ donauit. Nã datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & cãdido. Byssinũ enim iustificationes sunt sanctorum. ] Sed hæc religiosi puriorem, & recentiorẽ conferuant, quia ab amore sæculi, qui vestem istã inquinat, & à curis rerum mundanarum eam lacerantibus, se magna diligentia custodiunt. Inter istas nãque cordis innocentiam & puritatem conseruare, quàm difficile sit, ille solus intelliget, qui amore mundi vallatus, & curis rerum terrenarum impeditus, nifus est cor suum à vanis cogitationibus expedire, & ab ineptis cupiditatibus liberare. Probat iste inter mundana constitutus, quàm arduum sit animum illibatũ tenere. Cũ (vt inquit Leo Papa) & aduersã noceant, & secunda corrumpant, nec minoris sit periculi carere desideratis, quàm abundare concessis. Insidia sunt in diuitiarum amplitudine, insidia in paupertatis angustiis: illæ eleuant ad superbiam, istæ inuitant ad querelam. Tentat sanitas, tentat infirmitas, dum, & illa materia est negligentia, & hæc causa tristitia. Laqueus est in securitate, laqueus in timore, neque interest vtrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cum par morbus sit, vel sub vana delectatione languere, vel sub anxia sollicitudine laborare. ] Betus ergo, qui per religiosum statum copulatus Deo, ad quem nõ accedit malum, & flagellum non appropriat tabernaculo eius, ] nec aduersã timet, nec prospera concupiscit, nec diuitiis distenditur, nec paupertate coangustatur, nec gaudiis extollitur, nec curis deprimatur, quia in hoc perfectionis culmine positus, neque aquis vanarum cogitationum, & cupiditatum mergitur, neque peccatorum labe sædatur. Iste non est sicut Elau gnarus venandi, & vir agricola, quia non querit cibum rerum mundanarum, qui perit, nec in sudore vultus terram subigit, vt fructus diuitiaru perituros decerpit, sed sicut Iacob, vir simplex, qui habitat in tabernaculis] scilicet in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Huiusmodi tabernacula sunt religiosorum cænobia, in quibus fiducia crescit æternæ retributionis, & opulentiissima requies tribuitur. Si itaque in vita religiosa tãquã in tabernaculo fiducia collocatus, quod vouisti reddis, quod promissisti custodis, citra omne dubiu vestitus es innocentia bysso, quia neque diuina madata grauer lædis, nec consilia ad te pertinentia præteris, nec minores exemplo scandalizas, nec æquales conuersatione contristas, nec maiores inobedientia conturbas. Indutus es quoque polymito, & multis coloribus, id est, vniuersitate virtutum; nam impossibile est aliquam virtutem cõtemnere, ac vitium contrarium admittere & perfectam innocentiam custodire.

Dominus autẽ, qui tanta misericordia vestes, & gemmas prouidit spõsæ suæ, ciborum nõ est, quibus reficiatur, oblitus. Nam simlam (inquit) & mel, & oleum comedisti. ] His tribus spiritualibus cibis

Apocal.  
19. 8.Leo, ser.  
11. qua.  
drag.Psal. 90.  
10.Genes. 27.  
27.Isaia 32.  
18.



quotidie religiosi vescuntur. Similia enim, aut verbum Dei est, aut illud magnificentum sacramentum, quod Christi corpus, & sanguinem veraciter continet. Viriisque autem religio est abundantissima. Nam vacuitas à negotiis temporalibus, commoditatem subministrat, ut religiosi sapientissime verbum Dei audiant, res spirituales inter se conferant, & sanctorum Patrum voluant volumina. Vita autem puritas, ad illud tremendum sacramentum, aut quotidianum, aut frequentissimum concedit accessum. Mel nihil aliud est, quam spiritualis consolatio, & sanctorum lachrymarum profusio, quæ consolationes terrenas respuentibus, copiosissime referuatur. Oleum verò sancta deuotio curam mentis inungens, ut suauiter, & sine strepitu, onera poenitentiae supportet, & velociter euolet in sedes æternitatis. Audisti, o anima mea, dignitatem tuam, qua exaltata es? Ornamentum tuum, quo decorata es? Diuitias tuas, quibus in religiosa paupertate ditata es? Audisti Dei misericordiam erga te, sponsi dulcedinem, Patris amorem? Vitam ergo tanta amplitudine dignam amplectere, & te totam puram, ac illibatam Christo dulcissimo sponso conserua, illi soli serua fidem, in eo omnem spem colloca, & ardentissimo ipsi amore coniungere, quia fidelis est, cui te totam serues, fortis, cui omnes tuas curas committas, & speciosus forma præ filiis hominum, Jcui magna vi amoris inhæreas. Quis enim illo pulchrior? (ut verbis Laurentij Iustiniani finiam:) Quis modestior? Quis sapientior? Ornatus in moribus, maturus in gressibus, in sermonibus facundus, in conuersatione circumspectus, in redargutione seuerus, in exhortatione blandus, in colloquutione suauissimus; & in omni suo opere venerandus; Aspectus illius venustate plenus, humilitate verecundus, suauitate referus, & tota elegantia decoratus: Labia illius labia distillantia, verba vitæ æternæ emanantia, mel & lac eructantia. Illud quidem resonabat in ore, quod latebat in corde, idem solabatur matros, vrebatur frigidus, resuscitabat mortuos, infideles illustrabat, cunctosque ad se accedentes reddebat beneuolos: Sermonibus quoque suis audientium corda ad mundi animabat contemptum, ad virtutum profectum instruebat. Hunc ergo sponsum semper cogita, hunc quære, huic in omnibus operibus placere stude: & beata, si quod statui accepisti, toto animi conatu seruaeris.

Ps. 44.

I. au. Inst. lib. de conuicio verbi &amp; am. ma. c. 5.

De honore religiosorum, ac primò, quid sit verus honor.

## CAPVT XXVIII.



At tandem, ut nostri status bona, non omnia, sed huic loco apta, & ab Ezechiele figurata cõcludamus, pauca de honore eximio religiosorum dicendum est. Nec enim potuit desse magnus honor, qui virtutem, ac sanctitatem comitatur, statui, tot, tantisque virtutibus cumulato, & quidem nõ honor fictus, sed verus, non inanis, sed solidus, stabilitatem habens, in admirationem homines rapiens, & à vera gloriæ radice progrediens. Et decora (inquit) facta es vehementer nimis. Ecce radieem, & certissimam honoris causam: Et profecisti in regnũ. Ecce stabilitatem & firmitatem: Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super

A te. ] Ecce honoris magnitudinem, corda hominum in admirationem attollens. Radix & causa honoris, decor virtutis est: Ut enim dixit Philosophus, de magnanimo loquens: Nec etiam dignus erit honore, si prauus sit, quippe cum honor præmium sit virtutis, ac bonis hominibus tribuatur. ] Quare gentes, quæ res creatas tamquam sacra numina venerabantur, ita virtuti & honori templa dicunt, ut per virtutis templum ad honoris ædem solus pateret ingressus. Hoc insinuantes, virtutem esse velut honoris, & gloriæ ianuam, sine qua nemo unquam verum honorem consequetur. Et licet insipientissimæ essent, ex eo quod rebus creatis dignum cultum tribuerant, in hoc autem sapientes exiterunt, quod honorem (sicut re vera est) virtutis præmium reputarunt. Honor enim est testimonium eminentiæ alicuius, & sicut maxima hominis eminentia, verissimamque eius excellentiã in virtute consistit, ita huic maximus honos tribui debet. Cui debito, nescio quo pacto, omnes quasi nescientes, aut minus aduertentes satisfaciamus. Licet enim honore afficiamus eos, qui alia quapiam excellentia, aut dignitate præcellunt, ut mobiles, ut sapientes, ut diuites, ut superiores, atque prælatos, multò tamen maiore honore prosequimur bonitatis studiosos, & maiori reuerentia suspicimus, quos virtutis decus, & sanctitatis pulchritudo nobilitat. Et meritò sane: Nam alias dignitates, aut fortunæ (si ita loqui fas est) volubilitate suscipimus, aut ab auis, & proavis in earum hereditate vocamur, aut propria industria, & labore consequimur, virtutis autem dignitas, licet proprium studium non excludat, tamen diuinitus datur, & à summi Dei pectore emanans, eius ope ac auxilio retinetur. Alia bona naturalia, ab hominibus dantibus, vel à nobis ipsis laborantibus, vel annuente, vel permittente Deo, valemus accipere, sed datum virtutis optimum, & donum sanctitatis perfectum, totum de sursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. ] Qui cum sit fons lucis, ingloriosos & obscuros, quos diligit, splendore virtutis illuminat, & cum sit immutabilis, sic à se dilectos & illustratos honorum operum gloriã, nulla vi, nulla creata potestate (modo ipsi velint) à tanta dignitate declinare permittit. Equum est igitur, ut virtutis dignitas à Deo procedens, & eius viribus obtenta fortissimis, honorabilior sit quapiam alia dignitate, quam, aut exiguæ hominum vires pepererunt, aut opes, & diuitiæ coëmerunt, aut ambitiosorum doli, & technæ donarunt.

Arist. 4. Ethic. 2.

Iacob. 1. 17.

E Homines quidem dignitate mundana pollentes, solemus exterius honorare: interius autem, aut detestamur illos, quoniam vitam, & mores habent dignitate profus indignos, aut contemnimus, quoniam fauoris flatu ad honoris gradum fuerunt euecti, aut pro nihilo ducimus, quia ob quamdam industriam naturalem, ad res humanas tractandas accommodatam exaltati sunt, & dignitatem consequuti. Et alios insuper iacere videmus, & in mendacitate à regibus, & principibus derelinqui, quos natura ad rempublicam gubernandam aptiores protulit, & maiori rerum gerendarum dexteritate conuolauit. At virtute præstantes, non solum visibilibus signis, sed interna reuerentia, honore prosequimur, & eos verè felices, & beatos existimamus, quos Deus ipse in pretio habet, & vinculo sibi puritatis deuincit. Vnde est illud Chrysostomi. Nec enim voces illæ populi, per quas iudicibus acclamatur, ex veritate proferuntur, sed & ipse sunt,

Chrys. lib. quod nemo laeditur nisi à semetipso. hom. 9.

quibus

quibus fucatus nomen honoris depingitur. Nam si conscientias interroges acclamantium tibi, inuenies apud vnum quemque eorum mille te capitibus accusari. Denique ubi metus cessauerit potestatis, & publicæ pompæ fuerit scena resoluta: tunc videas quanti oblatrantes, quanti obloquentes, quanti insimulantes: & hi omnes ex illis sunt, qui prius acclamabant, & immensis te laudibus extollebant. Hæc tu honorem ducis: Et hæc diuitiis querenda credis, quæ etiam si sponte adessent, recusanda erant? Plus enim odij quam amoris acquirunt, sed si vis, tibi ostendam honorem verum; Honor verus, virtus animi est. Hic honor, neque à Cæsariibus præstatur, neque adulatione conquiritur, neque pecunia præparatur. Nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti: huius honoris successor nullus est, accusator nullus, nullus ingratus: hic honor temporibus non mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulæ metuit aliquando delendam. ] Et nemo sane erit, vel tam oculis mentis orbatus, aut tam à rebus humanis alienus, qui non ista in theatro mundi sæpissimè viderit, & non sit, aut in se ipso, vel in aliis expertus. Qui enim non vidit iudices, & gubernatores reipublicæ, dam regiminis clauum tenet, à communi populo, & ab his etiam magnatibus, qui coram illis habent negotium, ficta quadam, aut coacta reuerentia affici, & tamquam histriones comædiæ agentes, honorari: peracta autem scena, & persona dignitatis, potestatisque deposita (quod non semel aut indignatione principis, aut inuidorū dolis, aut certè sola præfiniti ad gubernandum temporis lapsione contingit) videas eos ab illis fictis honoris delatoribus, verbis amarulentis proscindi, querelis impeti, odij, iniustitiæ, cupiditatis accusari, & omni honore cum magno dedecore, & infamia priuari: Quis non vidit, aut ex annosæ antiquitatis lectione cognouit, principes ipsos, qui aut populi electione, aut iusto bello, aut hereditatio iure perpetuò ceteris imperant, ariditate fortuna, à subditis offerri laudibus, falli adulationibus, & insuetis honoribus onerari, post mortem verò contemni, irrideri, maledici, ac si fuissent subditorum peites, & reipublicæ subuerfores? Si verò aliquis summus princeps pericula impetij animaduertens, & animos verè magnos concipiens, se mundo subtrahat, & adhuc viuens regnum successorì tradat, videas istum, nec dum natum, nec dum de populo benemeritum, principi prudentissimò, regi magnanimo, totius regni parenti optimo, statim à turba aulicorum anteponi, & illum, qui regnum præ virtute contempnit, solitarium, inglorium, & pauperem derelinqui. Denique vidi cunctos viuentes, qui ambulat sub sole, cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. ] Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum, & qui postea futuri sunt, nõ lætabuntur in eo, sed & hoc vanitas, & afflictio spiritus. ] At in honore iustorum & veritas, & consolatio magna est. Nam his non coactè, sed spontaneè, non fictè, sed verè, & ex animo ab omnibus honor, reuerentiæque defertur: & siue prosperitate afficiantur, siue calamitate premantur, etsi pauperes sint, aut terræ filij, aut ignorantés, & rudes, ab omnibus iudicantur honore dignissimi. Et in ipsa morte, quæ huius sæculi magnates sepelit, & à recordatione mortalium obliterat, tunc incipiunt maiorem, & excellentiorem honorem habere, & amplioribus laudationibus decorari. Vtrumque Spiritus sanctus vna Salomonis proverbiali sententia coniunxit. Memoria iusti cum laudibus, & nomē

A impiorum putrescet. ] Tunc non soli, & inglorij relinquantur, sed multorum precibus, & orationibus: (qui eorum auxilium implorant) cincti, & constipati procedunt. Tunc non contemnuntur, sed eorum ossa, & cineres, eorum sudaria, & semicinctia, eorum panni vilissimi, res optimæ, & auro, atque argento, quibus reconduntur, pretiosiores reputantur.

Si ergo verus, & non simulatus honor à virtute procedit, quis dubitet religiosa vitæ dicatos eximio honore, vniuerso etiam mundo contradicente, affici, quos tam admirabilis virtus, tam ingens puritas morum exornat? Quamdam istorum animam alloquitur Deus, cum ait: Et decora facta es vehementer nimis. ] Quis iste decor? Quæ ista pulchritudo? An illa corporis, quæ tamquam flos agris contèritur, & euanescit? An illa, de qua scriptum est: Fallax gratia & vana est pulchritudo? ] An illa, cuius etiam hoc est elogium: Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua: ] Non sanè, sed decor sanctitatis, non, sed pulchritudo virtutis. Hæc in quocumque sit, magna est, & venerabilis, verum in anima religiosa non vtrumque magna, sed magna vehementer nimis. Vehementer magna est ista pulchritudo, quia status religiosus, nec minimam deformitatem dissimulat, sed disciplina censura castigat. Quid leuius verbo otioso? Quid minutius improvido oculorum aspectu? Quid aut incesu præcipiti, aut risu immoderato, aut nonnullæ iracundiæ significatione tenuius? Sed hos minimos nauos anima religiosa, ita diligenter tollit, has minutissimas maculas, ita sollicitè tergit, ac si decori à se concupito, nimis officerent. Hoc magnus contemplator Richardus præclare confirmat, qui postquam dixit, perfectam pulchritudinem duobus consistare, membrorum elegantia, & suavitate coloris, subiungit. Sic anima cum per dignam prænitentiam à peccatis mundata est, & peccati corpus destruxit, quasi corpore pulchra est. Et cum etiam per quotidianam confessionem, à quotidianis peccatis se mundat, & pro his verecundiam patitur, quasi rubore genarum simul decoratur, vt tota pulchra meritò dicatur. ] Omnimodus ergo animæ decor non in sola grauium criminum detestatione, sed in leuissimorum defectuum abiectioe situs est. Non in sola declinatione mali, aut communis boni affectione, sed in perfecti boni adeptioe consistit. Hoc autem bonum perfectum, atque absolutum, religiosa vitæ consecratur, à cuius ne frustretur obtentu, vniuersa impedimenta perfectionis amouet, multa etiam licita, quia non omnino perfecta, præscindit. Anima igitur vitam istam excolens, & eius se institutis accommodans, non quamcumque virtutis pulchritudinem, sed eximiam, & admirabilem pulchritudinem conquisiuit.

Nimis magna est ista pulchritudo, quam anima; non per aliquod temporis spacium, sed per totam vitam diligentissimè curat. Illæ enim puella ad consortium regis Assueri delectæ, sex mensibus oleo vnguebantur myrrino, & aliis sex quibusdam pigmentis, & aromatibus vtebantur, & iam instate ad regem ingressu, quidquid postulabant ad ornamentum pertinens, accipiebant, & sic compositæ ad cubiculum regis transibant. At anima in regiam Christi regis, id est, in sanctam religionem admissa, non sex tantum mēsis, sed tota vita sua, oleo compūctiois inungitur, & virtutum pigmentis, sanctorumque affectuum aromatibus inuitur, & non morte appropinquante quando ad regem Christum est ingressura (quod sæculares non raro facere solent) sed toto vitæ tempore bonorum operum indumenta

Ezech. 16. 13.

Prov. 31.

302. Prov. 21. 22.

Richard. in cant. d. c. 24.

Richard. in cant. d. c. 24.

Esther. 2. 12.

Eccles. 4. 15.

Prov. 10. 7.

lib. l. ne ladi. est d. m. p. 9.



conquirit, vt sic decora vehementer nimis, vt regnam decet, opulentissimè ornata, transeat de hoc trichinio animarum sanctarum in cubiculum sponsi, quod est cœlestis domicilium, vbi est in perpetuas æternitates permanens. Denique magna nimis est pulchritudo tanto labore, ac sollicitudine procurata; illa enim anima, quæ non oscitanter, sed magna sui contentione Deo placere cupit, singulis momentis decorem suū augere studet, de nocte suas cogitationes, ac desideria sua, verba, & opera diligenter examinat, & si quid omittendum egit, aut agendum omisit, oculo discretionis aduertit, & non solum leues maculas, si quas ex occupatione contraxit, lachrymis diluit, verum etiam, si se decore, & pulchritudine bonorum operum adoleuisse non sentit, quasi otiosam, & socordem se culpatur, & tamquam pigra Dei comminationes extimescit. Quæ tanta cura deformitatem fugit, quæ tanta sollicitudine decorem inquirat, quomodo non erit pulcherrima? Quomodo non decora vehementer nimis? Omnis certè pulchritudo Solis, & Lunæ, & lucentium stellarum huic decori comparata, vilis reputatur, & exigua; imò quid eorum, quæ in facie lucent (vt verbis vtar Bernardi) si internæ cuiuspiam sanctæ animæ pulchritudini comparetur, non vile, ac sœdum recto appareat æstimatori? Quid, inquam, tale in se ostendit ea, quæ præterit, figura huius mundi, quod æquare speciem animæ possit illius, quæ exuta terreni hominis vetustatem, eius, qui de cœlo est, decorem induit, ornata optimis moribus pro monilibus, ipso purior, sicut excelsior æthere, sole splendidiore. Propter hanc itaque eximiam pulchritudinem, ac virtutis decorem vniuersus mundus statum religiosum superiorem agnoscat, & hunc statum colentes, istamque vitam profitentes, non fictis applausibus, neque externis tantum honoris indicibus, sed verissima reuerentia, & honore prosequitur. Verus enim honor, & nulla fictione maculatus, illis profectò tribuendus est, qui veræ virtutis effecti participes, non honorem ambierunt, sed omnes honores, & dignitates sæculi pro Christi obsequio, & amore refutarunt. Nam sic immobilis, & fixa permanet diuina sententia; vt qui pro Christo mundana contempserit, ea etiam in hoc mundo centuplicata recipiat. Quamobrem, si religiosi omni honori, omni dignitati, omni dominationi nuncium miserunt, non pro inani gloria, vt antiqui philosophi, non pro adeptione honoris, vt hypocritæ, qui reiiciendo honorem, ipsum aucupare contendunt, sed vt Christum verum honorem, veras opes, veras delicias possideant, æquum est, vt honorem, quem reliquerunt, centuplicatum accipiant. Si autem honos illis attributus, adhuc inanis est, numquam illum auctum, & multiplicatum habebunt, imò eo ipso decurratum, ac imminutum; quia quælibet res, aut prosperitas, quod magis inanis est, eò infœlicior redditur, atque miserior. Non igitur pro inani honore contempto, auctum honorem inane; sed verum honorem, & solidum centies auctum assequentur. Hoc verò non esset difficile innumerabilibus exemplis comprobare, eorum, qui mundo contempto, ad magnam gloriam pro ipsa mundi, & suarum rerum contempione subuecti sunt; sed vnum tantum, aut alterum, & quidem magnæ auctoritatis, non omitam. Ioannes Cassianus Abbas Ioannis honorem, non ambitione, sed virtute parum, hac disertissima oratione describit. Qui, ait, per obscuris maioribus natus, ita pro Christi nomine vniuerso penè humano generi admirabilis factus est, vt eum ipsi quoque rerum præsentium domini, qui mundi

Ber. serm.  
27. in cœli.

Cassian. col.  
lat. 24. c.  
26.

A huius, atque imperij gubernacula retinentes, etiam potentibus cunctis, regibusque terris sunt, velut dominum venerantur, & oracula eius de tam longinquis regionibus appetentes, imperij sui apicem & statum salutis, bellorumque proventus, illius orationibus, meritisque committerent. Simile de Magno Antonio ab hominum consortio segregato Athanasius narrat. Hoc (inquit) in eo viro mirabile est, vt hominem in extremo mundi limite conditum, & fauor principum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus, & eius liberi Constantini, atque Constantius, talia cognoscetes, crebriò ad eum, quasi ad patrem, missis literis obsecrabant, vt reciprocos eos literis hilararet. Quando magnates sæculi, tanto honore, tam intima reuerentia à suis regibus dignati sunt, vt & orationum ab eis auxilia poscerent, & quod mirabilis est, consolationem & gaudium, ex epistolis à suis subditis missis postularent: Certè honorabilissimus status est, quem principes quoque sæculi sincerissimo venerant affectu, & verissimus honos est, quem non ambitio comparauit, non simulatio detulit, non timor, ac violentia obtulit; sed vera virtus, paupertatis amor, vt sæculi contemptio promeruit.

Athanas.  
in vita  
Antonij.

### De stabilitate honoris religiosorum.

#### CAPVT XXIX.



O humanum desiderio veri honoris incensum, non sola honoris veritate satiatur, sed eius firmitatem, ac stabilitatem exoptat. Quæ firmitas virtutis profectò pulchritudinem, & sanctitatis decorem consequitur. Quate religiosorum honos firmus, & stabilis esse debet, quem non inania bona tenent, qualia sunt, diuitia, vel reipublica dignitates; sed vera bona virtutum fulciunt, atque sustentant. Hoc autem Dominus statim sequentibus verbis insinuat. Nam propter hanc speciem tuam (inquit) qua perfecta eras in decore non tuo, sed meo, quem posueram super te, profecisti in regnum. Si enim dixit quidam: Priami species digna est imperio, cur animæ species, beatos admirans, & cor Dei in sui amorem rapiens, non erit digna, quæ imperet, ac in principatum, & regnum proficiat? Hoc regnum quamdam honoris firmitatem, & stabilitatem significat, quæ ex religiosorum statu, ac qualitate dignoscitur. Regnat namque religiosus, quoniã charitatis perfectionem insequitur, & suis affectibus dominatur. Si enim regnat ille, qui præficitur populis, cur non ille regnet, qui sibi ipsi, & suis affectionibus imperat? Quicumque proprium corpus subegerit (inquit Ambrosius) nec eius passionibus turbati animam suam, rector sui congrua viuacitate permiserit, is bene regia quadam potestate se cohærens rex dicitur, quod regere se nouerit, arbiter sui iuris sit, non captiuus trahatur in culpam, nec præceps feratur in vitium. Hoc autem ad eum habet religiosus, vt si minime suas passiones cohæbeat, si non se ipsum seuerissimè regat, religiosus habitus sit, vita non sit. Hoc, secundum Anselmum, capitis tonsura designat, qua religiosus, tum dignitatis, tum proprii muneris admonetur. Corona (inquit) capillorumque tonsura, eum esse debere sacerdotem, & regem demonstrat. Sacerdotes quippe in lege, mitra regabant caput, ad similitudinem cuius, & huic caput raditur Reges autem coronis videntur, ad cuius similitudinem, huius capilli tondentur. Hæc itaque coarctant eum, vt sacerdotis, & regis gerat officium.]

Homer. in  
Iliad.

Ambr. in  
Psal. 128.  
ser. 14.  
vers. 5.

Anselm.  
lib. de st.  
mil. ca. 93.

De officio autem, statim subdit: Officium sacerdotis erat in lege generis diuersi pecora mactare. Huius ergo similiter officium debet esse, leonem iram, & crudelitatis; lupum rapacitatis; taurum feritatis; vulpem astutiae; hircum immunditiae; glirem somnolentiae; equum, & mulum luxuriae; asinum pigritiae, aliaque bestialia vitia occidere. Regis autem officium proprium est, regere regnum: hostes inde procellere; ne iusto iniustus iniuriam faciat prouideres; malis depressis bonos exaltare. Hoc itaque officium debet esse monachi, ut suae mentis regnum regat, & corporis. Hinc enim omnia expellere debet vitia, prouidere, ne malus bono appetitus resistat, sed ut bonus malum sibi semper subiciat. ] Optimum certe regis munus, quod non sola regni exteriora componit, sed interiora mentis gubernat, non corpus tantum regit, sed spiritum quoque moderatur: non pacem corruptibilem tuetur, sed pacem incorruptam affectuum interiorum conseruat: ex qua ad illam aeternam pacem ascendimus, quam adepti cum Deo sine fine regnabimus.

Regnat religiosus, quoniam ex domo Christi est famulus, amicus, & sodalis ipsius. Religio enim, praecipua quadam ratione, domus Christi dicitur, quia in ea specialiter commoratur, eam regit, atque gubernat, omnesque eius sectatores Christi induunt insignibus. Nam habitus ipse monachi, nihil aliud est, quam iudicium quoddam externum, quo religiosus se Christi esse famulum ac amicum profiteatur. Omnes autem ex hac domo Christi, principes, & reges sunt. Ideo quippe vocatur rex regum, & Dominus dominantium. ] Quia omnes, qui ei seruiunt, sed praecipue, qui nec latum vnguem a sua voluntate conantur discedere, & in omnibus ei famulantur, non tantum vocantur in seruos, sed admittuntur in reges, & regum diadema suscipiunt. Quidni regnent illi, quos Deus ipse vult honorare, & ad regiam dignitatem extollere? Volens potentissimus Rex ex Assuerus Mardocheum Iudaeum honorare, eo quod duorum Eunuchorum aduersus caput regium detexisset insidias, iussit eum indui regalibus vestimentis, & regum diadema suscipere, & insidentem equo regio per plateas ciuitatis discurrere, primo de regum principibus habenas equi manu tenente, & magna voce acclamante: Hoc honore condignus est, quemcumque rex voluerit honorare. ] Si terrenus rex seruos suos, nec nimis familiares: nec multum bene meritos, tanto dignatur honore, quid faciet caelestis Rex Christus, sine vlla comparatione gratior, atque potentior erga seruos suos, non illi in vno, aut altero, sed in omnibus fidelissime obsecundantes, quos in arctissimam familiaritatem asciiuit? Certe induit eos indumento suo; nam sicut ipse vestitus erat veste aspersa sanguine, pressuris, ac tribulationibus, in hominum redemptionem susceptis; ita decorat illos eodem vestimento, ut interdum illud Pauli audiant: Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo periamini. ] O pretiosa vestis, quam mundani auersantur, quam imperfecti fugiunt, & timent; sed perfecti, & fortes spiritu, magna auiditate concupiscunt, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero spem, spes autem non confundit. ] Et sicut ipse habet in capite diademata multa, sic capita istorum amicorum suorum, non vna tantum, sed multis coronis cingit, propter multas victorias, quas de Diabolo, iustorum aduersario, de mundo superbo, ac de carne propria reportant. Insidabat ille equo albo, id est, sanctissimo corpori suo ( ut interpretatur

**A** Ambrosius. Ille equus albus erat (inquit) quia erat immaculatus, quia nulla peccati inquinamenta cognouerat. Nam si libido tenebrosa est recte sanctorum lucet, & splendet. ] Et isti etiam equis albis, id est, propriis corporibus, castitatis virtute dealbatis insident, quae frano mortificationis iniecto, & habenis circumspectionis gubernant.

Sceptrum quidem in tanto honore non legitur datum Mardocheo, sed religioso concessum est. Nam Dominus in vinculis mundi non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni. & potentia aduersus eos, qui eum deprimebant: ] ut sceptro vitia domaret, & prauas affectiones cohiberet. Nec desunt plurimi acclamatores, qui non inuiti, ut superbus Aman, sed libentes, & voluntarij proclamant: sic honorabitur quicumque voluerit rex honorare. ] Hic namque illud Esdrae contemplor impletum: Benedixit populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant, ut habitarent in Ierusalem. ] In ea scilicet munitissima Ecclesia ciuitate, quae est sancta religio, in qua pax vera est, habitatorum summa vnio, & concordia voluntatum. His itaque, qui se propria sponte inhabitatores huius spiritualis Hierosolymae tradiderant, omnes populi sibi ipsis confulentes benedicunt, ut sublimem vitam electorum (inquit Beda) quam sequi imitando non possunt, congaudendo, ac venerando, suam facere debeant. ] Si ergo honores a Deo delati non in externis iudiciis, sicut honores rerum temporalium, sed in veritate consistunt, liquet, quos regum ornat insignibus, veres esse reges, qui cor regale, hoc est, magnanimum & generosum induunt, magna & digna regibus appetens, & vilia mundi parui pendens. Veri quidem sunt reges, nam ius obtinent, non regni peritari, sed regni caelestis, quod ipsis vnueris abicientibus, & suos affectus cohibentibus promissum est. Promisit namque Dominus caelorum regnum (ait Laurentius Iustinianus) non diuitibus, sed pauperibus: non dominantibus, sed mitibus, non ventris voluptatibus deditis, sed iustitiam esurientibus, ac sitientibus, non gaudentibus, sed lugentibus; non obscenis cogitationibus inuolutis, sed corde mundis; non rixantibus & superbis, sed pacificis; non temporali felicitate stotentibus, sed propter iustitiam, & Domini nostri Iesu Christi dilectionem persecutionem patientibus. ] Qui statum susceperunt priora abdicantem, & posteriora complectentem, non dubium quin regni caelestis sint heredes, atque aded, quod in regnum, imperiumque profecerint.

**B** Hic namque illud Esdrae contemplor impletum: Benedixit populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant, ut habitarent in Ierusalem. ] In ea scilicet munitissima Ecclesia ciuitate, quae est sancta religio, in qua pax vera est, habitatorum summa vnio, & concordia voluntatum. His itaque, qui se propria sponte inhabitatores huius spiritualis Hierosolymae tradiderant, omnes populi sibi ipsis confulentes benedicunt, ut sublimem vitam electorum (inquit Beda) quam sequi imitando non possunt, congaudendo, ac venerando, suam facere debeant. ] Si ergo honores a Deo delati non in externis iudiciis, sicut honores rerum temporalium, sed in veritate consistunt, liquet, quos regum ornat insignibus, veres esse reges, qui cor regale, hoc est, magnanimum & generosum induunt, magna & digna regibus appetens, & vilia mundi parui pendens. Veri quidem sunt reges, nam ius obtinent, non regni peritari, sed regni caelestis, quod ipsis vnueris abicientibus, & suos affectus cohibentibus promissum est. Promisit namque Dominus caelorum regnum (ait Laurentius Iustinianus) non diuitibus, sed pauperibus: non dominantibus, sed mitibus, non ventris voluptatibus deditis, sed iustitiam esurientibus, ac sitientibus, non gaudentibus, sed lugentibus; non obscenis cogitationibus inuolutis, sed corde mundis; non rixantibus & superbis, sed pacificis; non temporali felicitate stotentibus, sed propter iustitiam, & Domini nostri Iesu Christi dilectionem persecutionem patientibus. ] Qui statum susceperunt priora abdicantem, & posteriora complectentem, non dubium quin regni caelestis sint heredes, atque aded, quod in regnum, imperiumque profecerint.

**C** Hoc ergo regnum, quod religiosi sunt assequuti, honorem eorum firmum reddit, ac stabilem. Nec enim est honor stabilior eo, qui regibus, ac principibus debitus est, quos, siue prosperitas rideat, siue aduersitas terreat, siue imperij maiestate fruantur, siue vincti, & compediti ab alio rege, qui eos prostravit, ac vicit, teneantur, honore prosequuntur. Est namque dignitas regia se ipsa venerabilis, siue bonis succelsibus gaudeat, siue aduersa fortuna, ac calamitate prematur. Ipsa regis insignia, sceptrum, thronus, & corona, licet vita, & sensu vacua, licet vilioris pretij, ut si stannae essent, aut plumbeae, in honore sunt, quia regem referunt, & illam supremam dignitatem representant. Nec obest, quod hac dignitate pollentes mali sint, aut vitii inuoluti imprudentes, ac gubernationis imperiti, infanti, qui iram, & libidinis affectibus abripiantur, modò enim reges sint, honore sunt afficiendi, quoniam his vitiiis, aut passionibus, regia dignitas si sedatur, non tamen amittitur, nec sua

facit

Ambros. in  
in Es. 40.

Sapient. 10.  
14.

Esther. 6.  
9.  
2. Esdrae.  
11. a.

Beda lib.  
3. in Es.  
drum c. 3.

Laurent. Iust.  
lib. de re.  
gim. pra.  
c. 26.

ma.  
a  
ny.

Apocalyp.  
19. 16.

Esther. 6.  
9.

er. in

Apoc. 19.  
13.

er. in  
128.  
4.  
5.

Philipp. 1.  
39.

Rom. 5. 4.

Apoc. 19.  
13.

lm.  
e. st.  
a. 93.

1. Petr. 2.  
18.  
Ibid. 15.

facit excellentiæ iacturam. Quare Petrus indifferenter monet regibus honorem tribuere. Regem (inquit) honorificate. Et paulò superius: Subiecti estote omni humana creaturæ (in potestate constituta) propter Deum, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò honorum; quia sic est voluntas Dei. Religiosi igitur, qui regalem obtinent amplitudinem, magnam habent stabilitatem honoris, adeò vt quamuis omnia desint humana adiumenta, solus religionis status eos honore, ac reuerentia dignos efficiat.

Est religiosus homo ignarus, & idiota, quem scientiarum cognitio non illustrat: nihil refert; sapientes huius mundi, si non desipiant, illam insipientem sapientiam honorabunt, qua insipiens sapuit mundi fallacias cognoscere, & ab eius periculis, ac peccatis effugere. In illoque videbunt, quod stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, quia nõ sapit, quæ Dei sunt, & sapientem fecit insipientiã iutorum, quæ sciuit bonum virtutis amplecti, & mala sapientum mundi declinare. Et religiosus pauper & mendicus, quem auri, & argenti copia nõ ornat; nihil interest: Diuites huius sæculi illam mendicitatem admirabuntur, & ditiores suis diuitiis reputabunt; quia pauperculus est sua paupertate contentus, sua penuria diues, & tantum abest, quòd eam horreat, aut timeat, quòd potius de paupertate gloriatur. Est deniq; religiosus homo abiectus, & vilis, ex obscuris patribus ortus, qui, aut labore manuum, aut ostiatim victum mendicabat; nihil ardet, sua professione in regium splendore ascendit, & ob id est honore dignissimus. O quoties vidi Ecclesiæ Põfices, & Reipublice Principes hominibus abiectissimo illurgere, & magna ei reuerentia honorè tribuere, quia habitum religiosum gestabat, eiusque virtutè præferebat! Et quem sæcularem, neque in infimum ceruum admittentem, religiosum tamquam superiorem suspiciunt, ex eius ore pendent, eius consiliis libenter obtemperant, & preces, orationesque ab eo humiliter poscunt. Quod Gregorius Beati Benedicti scribens vitam, illustrissimo exẽplo confirmat. Narrans enim quomodo Rex Totila voluerit prophetiæ spiritum, qui in sancto viro fulgebat, aliquo experimento dignoscere, & eo spiritu per mirabilissimum signum comperto, optauerit sanctissimum, & Deo plenum Abbatem propriis oculis contemplari; hæc ait: Tunc per se idem Totila ad Dei hominem accessit, quem cum longè sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis, tẽrne diceret, surge; sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet; Benedictus Christi Iesu famulus, per semetipsum dignatus est accedere ad regem, prostratumque de terra leuauit, & de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta, quæ illi erant euentura, pronunciauit. Hoc quidè, quod Gregorius narrat, mirabile est, sed multò mirabilius, quòd Pontifices summi Christi vicarij, & supremi Ecclesiæ capitis personam gerentes, Bernardum, Vincentium, Ferrariensem, & Catharinam Senensem, euocent, vt pro Ecclesiæ orationes fundat, & ei pacem afferat, tumultus sedent, & animos ambitione dissidentes, conciliant.

Gregor. 2.  
diab. c. 15.

Iob. 23. 2.

Quid est hoc, quòd his sanctissimis viris, & aliis similibus, non semel, sed sæpe successit, nisi quòd profecerunt in regnũ eo ipso quòd statum mutarunt, & Dei amicitia, & familiaritatem quaesierunt? Quid hoc, nisi quòd inquit Iob: Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Nã homo à terrena cõuersatione liberat, & virtutis robur

A adeptus, & à vena sæculi eductus, & in æs sonum prædicationis edentem, spiritus calore cõuersus, iam non, vt terra vilis, nec vt lapis contemnitur, sed vt plenus virtute, atque sapientia ab omnibus honoratur. Quid tandè hoc? nisi quòd idem patriarcha post pauca subiugit: Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni lubuerfa est, Locus sapphiri lapides eius & glebæ illius aurũ. Eras in sæculo, o religiose, terra, si fortè non sterilis, & infrugifera, sed ad summũ, de qua oriebatur panis, quia, aut bonis tẽporalibus abundabas, aut nobilitate fulgebas, aut sciẽtia; & literis splendebas. Hæc tibi apud tuos aliquem honorem, nonnullam laudem afferebant, sed diuini amoris igne concepto, veluti fuisit subuersus, dum hæc omnia, quæ mundus amat, & veneratur, tãquam vilissima stercorea pessundediti, & abominatus es. Iam diuitias in paupertatem conuertisti; iam aut nobilitatem ingenitam, aut dignitatem indultia quaesita, pro vilissimis religionis obsequiis vendidisti. Iã copiosas bibliothecas, & iuris peritiã, vel alterius sciẽtiæ vsum pro simplici libello ad mouendum affectũ edito, & pro fletu, & compunctione commutasti. Igni subuersus es: Latere tamen quoniã veniet tẽpus, & prope est, quãdo locus sapphiri lapides tui, & glebæ tuæ aurũ. Quando scilicet mundanis rudibus huius splendoris effossis, & iacto supra petram cordis tui humilitatis fundamine, sapphiri, id est, sapientiæ cœlestis, & auri hoc est, charitatis, & omnium virtutum structura consurgat. Tunc non apud tuos tantum, sed apud vniuersos in honore, & admiratione eris, & quòd obtabilius est, ipsam honore, & admiratione contemnes. Tunc eris vilis, & fructuosus, non paucis hominibus, qui ex tuo splendore pendebant, sed vniuersæ Ecclesiæ Dei, quam sanctitatis exemplo, orationis vigore, & verbo prædicationis iuuabis. Vides, ergo, o anima, in statu tuo magnam stabilitatem honoris, neque enim rebus caducis innititur, neque à mundano splendore pendet, sed in ipso statu religionis fundatur, quæ non est rota volubilis: non est in ore vulgi positus, non in aura populari collocatus, sed est status firmissimus, fundamentum stabilissimum regis dignitatis, quod magnam honorem, ratum fixumque sustineat.

Ibid. 5.

Quanta sit magnitudo honoris religiosorum.

CAPVT XXX.



Vt dignitati tam firmæ huic regno spirituali tam sublimes, non quidè regno de hoc mundo, sed cœlesti curia demisso, iure profectò debetur, vt egressum sit, o anima religiosa, nomẽ tuum in gẽtes, & vt tãquam regina, & sponsa valde decora Christi, ab vniuersis eius famulis (quò nomine omnes res creatas cõprehẽdo) mirum in modum honoreris. Ita est, omnes religiosum veneratur, omnes Deo consecratum honorant, si suo debito satisfaciãt, quoniam multas in eo reperit causas honoris. Virtus honore digna est, sed religiosus habet statum virtutis, debet esse virtutis splendor, perfectio- nis exemplar, imago sanctitatis. Si nõ talis sit, qualè tam sanctus status exposcit, non quidem propter religiosum statum, sed propter inertiam, ac socordia, qua tantam dignitatem feedat, tam sanctam vitam commaculat, sempiternam meretur infamiam: Sed si (vt par est) virtutis sit, & sanctitatis sectator, impossibile est, non eum ab hominibus honorari. Hoc enim est, quòd disertis verbis scripsit Ioannes Cassianus. Qui in hac, quam arripuit, via nimium tardis passibus graditur, ac secundum interiorem

Cassian. col.  
24. c. 19.

hominem

hominem conuerfatur, æquum est vt ad eum, non dicam fanctorum, sed nec hominum quidem vllus adueniat. Vos autem si vera, atque perfecta Domini delectatione flagratis, & Deum, qui vtiq; charitas est, pleno spiritus feruore sectamini, ad quælibet loca inaccessibilia fugeritis, necesse est ea ab hominibus frequentari: quantoque vos propiores Deo amoris diuini ardor effecerit, tanto ad vos maior sanctorum fratrum confluet multitudo. Non enim potest secundum sententiam Domini ciuitas abscondi supra montem posita.] Quia diligentes me (inquit Dominus) glorificabo, qui autem me contemnunt erunt ignobiles:] Quare sicut maximus cõtempus, & maxima infamia, est illa qua quis à deo verissimo rerum æstimator, contemnitur, & pro nihilo ducitur; ita eximia gloria, & maximus honos est, quo Deus iustos nobilitat, & sibi fideliter seruientes coram aliis conspicuos reddit, & honorabiles.

Dominus se diligentes glorificat, & vtilio loco dicitur, se ipsos deiciens extollit. Deposuit enim potentes; de sede (cecinit nostra sanctissima prophetisa) & exaltauit humiles.] Illi itaque, qui statum modestiæ, & humilitatis arripuerunt, & omnem factum, ac superbiam repudiauerunt, à Domino sine dubio sunt exaltandi. Ex quo aliquorum religioforu superba ignorantia, & ignorantissima superbia dignoscitur, qui honorem à se relictum, cum mundo valedixerunt: volunt quasi penitentes tam insignis facti, in religione iterum aucupari, honorem sæculi inanem ambientes; eum autem sodilissimum, qui à Deo religiofis humilibus datur, nihili reputantes. Falleris, religiose, falleris, si putas honorem amico- rum fauore, precibus, & ambitione distribui; non enim his, sed Dei iudicio dispensatur, & humilitate, ac modestia conquirunt. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria.] Hunc Deus de honoris respectu, & fuga cogitantem, si ita, vel suæ salutis, vel profectu vtile est, etiam inuitum exaltabit. Ipse enim est, qui ponit humiles in sublime.] Qui locus, dignitatem, & super alios principatum designat. Vnde eleuatus est thronus Dauid super Iudam, quando est electus in regem, ipse est, qui viuificat spiritum humilium.] Cum eos erigit è puluere terræ, & collocat in concilio magnatum. Non ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus.] Id est, à prædiis humanis honor, exaltatioque procedit, sed à Deo, qui iudex est. Hunc, id est, superbium humiliat (vt Augustinus exponit) & hunc, id est, modestum exaltat.] Nam alibi scriptum est. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Si hoc ita est, in vita humili humilitatem seruemus, in statu modestiæ modestiæ teneamus, & nostro regio honore contenti, vanos sæculi honores fugientes, eximas vniuersis principibus gloriosiores.

Mundus sanè, etiam si nolit, ingenti honore afficit, quos in magna amicitiam, ac familiaritatem regu euectos, omnib' vtilis, & proficuos experitur. Nõ est enim parua excellentia, cui honor attribuendus est, si in regis familiaritatem ascendas, & tamquam sol splendidissimus, in alios beneficiorum radios profundas. Hoc extulit apud Ægyptios Ioseph castissimum patriarcham, quod eum nouerunt in magna Pharaonis amicitiam insinuatum, & communis penuriæ prouisorum esse. Hoc exaltant iustos, & sanctos, Dei amicitiam acquisisse; & totum mundum exemplis, & bonis operibus adiuuasse. Quod regius propheta considerans, cecinit: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.] Amici tui facti sunt (inquit Augustinus) & valde mihi honorati

**A** sunt. Valde confortati sunt principatus eorum, facti Apostoli, facti duces Ecclesiæ, facti arietes, ducentes greges.] Religiosi autem in supremi regis Christi amicitiam penitus sunt immerfi, & magnas vniuersis populis vtilitates afferunt: meritò ergo ab omnibus honorantur, & nomen eoru in gentes egressum est. Sũt profectò in gradum artæ familiaritatis asciti, idè quippe religiofi vocantur, quasi Deo notitia, & charitate religati. Quod his verbis insinuat Augustinus. Religet nos religio vni omnipotenti Deo; quia inter mentem nostram, qua illum intelligimus Patrem, & veritatem, id est lucem interiorem, per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est.] Dei amore succensi omnibus creaturis se ipsos exuerunt, & ita exuti Deum semper cogitant, quantum fragilitas humana permittit. Deum amat, Deum, quoad eius fieri potest, imitantur, ipsiusque similitudinem induunt, ei diligentissima cura famulantur, & nihil est in religiofo statu, quod in hunc præstantissimum scopum non tendat. Quid mirum, si tales homines Deus pro sua immensa bonitate in suam amicitiam admittat?

Ille, qui vniuersorum est Deus, Abraham, Isaac, & Iacob; hominum fugientium, & peregrinantium Deus vocari dignatus est. Hæc (inquit) dices filii Israël: Dominus Deus patrum vestròrum. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos:

**C** Quasi hos præcipue pro amicis habens, eorumque necessitudine magni reputans. Quod hac ratione factum est, vt Dominus aperiret, quanti eorum amicitiam æstimaret, qui fugientes mundum, & odientes ea, quæ in mundo sunt, in Patriarchis peregrinatis, & patrium solù relinquentibus, fuerint præsignati: quorum si Deus speciali ratione vocatus est, non minus vocabitur religioforum Deus; nam istorum status est sanctior, vita à sæculi curis remotior, conuersatio perfectior.

Ex hac autem amicitia manat, vt religiofi Ecclesiæ sint valde proficui, quam operibus illustrent, doctrina erudiant, orationibus fulciant. Hac amicitia fundati ad quærendam domini gloriam incitantur, & hæc ad bona opera in salutem proximorum impensa vehementer instigat. Ab hac gloria officium prædicationis; ab hac scholarum ministeria, & scietiarum doctrina; ab hac dilatio criminum per sacramentum penitentiæ, & aliæ occupationes fratribus vtilissimæ sumunt exordium. Inde autem, & non ab ambitione, & inani gloria emanantes, non possunt non esse valde proficue, dicente Domino, Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.] Manent quippe isti in Christo, qui tamquam palmite viui per gratiam, & charitatem vniui sunt, & quæ suorum operum initium, & finem agnoscunt. Et manet Christus in illis, eos, vt fructum copiosum edant, roborans, atque fortificans. Ex hoc verò quod ista opera in Christo, & propter Christum facta, vtilia sunt proximis, non solùm laudatio Dei, sed etiam tam fidelium seruorum honor splendorque sublequitur.

**E** Neque enim, quod de sancta Ecclesia scriptum est per Oseam, religioni, & filiis eius inepte accommodabitur. Germinabit quasi lilium, & erupet radix eius, vt Libani; ibit rami eius & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius, vt Libani. Conuertentur sedetes in vmbra eius, viuèt tritico, & germinabunt quasi vinea, memoriale eius quasi vinu Libani.] Ecce religioforum gloriam, non vane opinioni hominum infanorum, sed veræ virtuti & sanctitati subnixam. Primum germinant quasi lilium, quod omnium florum, & pulcherrimum, & fecundissimū est, quia fru-

Matth. 5. 15. 1. Reg. 2. 30.

Luc. 1. 52.

Iob. 22. 29.

Iob. 5. 11. 2. Reg. 3. 10.

Isa. 57. 15. Psal. 74. 7. 8.

Aug. 1.

Luc. 14. 11.

Genes. 41. 40.

Psal. 138. 17. Aug. comment. in eundem Psal.

Aug. lib. de vera religione, c. 55. ad finem.

Exod. 3. 15.

Ioa. 15. 5.

Ose. 14. 6.

ctum puritatis, non trigefimum, nec sexagesimum, sed centenarium emittunt. Deinde erupit radix eorū Libani, dū humilitatis, & abiectiois propriae radices in ima demergunt, quo tāquā arbores proceræ in gloriam maiorem confurgant. Postquam autem in humilitate radicati, & fundati sunt, extenduntur à mari vsq; ad mare vniuersos orbis tractus peragrantes, vt tāquā Angeli veloces missi ad gentē conuulsam & dilaceratam, ei Euāgelij lamen annuntient. Neq; est inutilis ista profectio, quoniam instar oliuæ fructus misericordiae ferunt, & instar thuris (quod Deo in sacrificiū offertur) Deū ipsū redolent, & odore virtutū, nō minus, quā verbis, & doctrina alios ad bonam frugem inuitāt. Hoc non tā auribus percipimus, quā oculis ipsis videmus. Conuertuntur enim sedētes sub vmbra eorū: Nam illi, qui sub religiosorum protectione sedēt, & ipsorū exēplis instruantur, & doctrina educātur, à tenebris ad lumen transeunt, si infideles sint, & si fideles, à peccatorum fœcibus ad virtutum decorem transferuntur. Non autē mirū est, quod ista religiosi faciāt, viuūt enim tritico: non mandunt, sicut mundani, herbas, & arborum cortices, nec radix iuniperorum est cibus eorum: quia res inuiles respiciunt, quæ sustentare non possunt; sed reficiuntur pane caelesti, meditatione legis Dei, & cōsideratione diuinorū, qua pasti, & saginati ad magnos labores aggrediendos roborantur. Hinc germinant quasi vinea, quia ex ea vera vite, quæ dixit: Ego sū vitis, vos palmites, succi trahentes; quid mirū si tāquam generosa vinea suauissimos fructus mensæ Domini dignos emittant? Qui ita viuūt, ita in salutē fratrum incubūt, ita in Ecclesia fructificant, digni profectō sunt, vt sit memoriale eorū sicut vinū Libani. Si n. hoc vinū omnū erat generosissimū, & præ ceteris magno pretio, & æstimatione habitū, similiter isti Deo, & vtilitati proximorū consecratū aliis, qui, aut sua querunt, aut Deū cum suis querunt, merito in aliorum animis præponūtur.

Vtilitas ergo religiosorū eos honorabiles facit. Auget autē hanc amplitudinis causā, quod ex vtilitate, quā Ecclesiæ afferūt, tantum abest ipsos honorem ambire, quod potius ipsum omnimodē fugiūt, atq; contēnunt. Hoc discūt in ipso religionis tyrocinio, hoc lacte educātur, hac doctrina caelesti imbuuntur, vt velint nesciri, amēt contēni, diligāt (nulla tamē data occasione contēptus, quæ vitii, aut peccatū est) pro nihilo reputari. Hæc sapientia, quā mūdus ignorat, animis eorū infixa, & alta mēte reposita, in dies adolescit, & tanta notitia vilitatis mūdane perficitur, vt verē dicātur, & sint vniuersæ mūdane gloriæ contēptores: Gloriam autē (inquit Chrysostr. 39. ad populū) aliter assequi nō licet, nisi gloriā fugiēdo. Nam donec quidem eam sectamur, nos fugit, cum autem eam fugimus, nos ipsa sequitur. Si vis esse gloriosus, noli gloriā concupiscere; si vis esse sublimis, ne te sublimem facias. Et alioquin quidem honores non querentem, omnes honorāt: ambientē verō, aspernantur. Si igitur illi gloriā humanā non querunt, honores sæculi fugiūt, laudes ab imperito vulgo profectas aspernātur; illud Pauli opere præstantes: Neq; enim aliquādo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est; nec querētes ab hominibus gloriā, neq; à vobis, neque ab aliis. Quæ est, vt honor ipse illos querat, ipsos ambiat, & amplectatur, tāquā homines, in quibus ipse honor amplitudinē, & honorē acquirit. Et æquū est etiā, o anima religiosa, vt nomē tuū ingressū sit in gētes propter speciem tuā: quia nihil speciosius, & nihil honore digni⁹ excogitari potest ea anima, quæ cū multa quotidie præstet, honore dignif-

suma, omnem tamen gloriā, & honorem aduerfatur, vt ei placeat, cui se probauit. Hæc, quæ diximus, sūt eximia quædā beneficia Dei, quæ in nos religiosos benignissimē contulit, neq; eorum præstantiam, ac magnitudinem obliuioni tradi permittit. Ait enim quotidie nobis Deus, quod olim Moyses inculcauit Iſtaelitis: Mementote diei huius, in qua egressi estis de Agypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus. Eduxit vtique nos, & in terram hanc caelestem introduxit, vt non quasi vilia mācipia, sed more hominū ingenuorū vitā agamus.

Religiosos omnia prædicta bona suscepisse, vt Dominus sit Deus eorum, ipsi autem populus Dei.

## CAPVT XXXI.

Atis superq; in paucis verbis Beati Ezechielis lusimus, & non sine vtilitate per mysticos eius sensus expatiati sumus. Tēpus ergo est, vt receptui canamus, & quod tendat hæc tam proluxa bonorum nostrorum cōmemoratio, stylus noster persequatur. Et inquiramus à nobismetipsis, quā ob causam pius ac benignus Dominus nos à tantis calamitatibus, ac miseriis sæculi exemit? Quare nos in domum suam, in amēnissimū paradysum, in locū quietis, & pacis, scilicet in statū religiosum vocauit? Quare in tā amplissimā dignitate extulit? Tantis beneficiis, & muneribus cum lauit? Et à fluctibus sæui maris eductos, in portū, & arcem tantæ securitatis & tranquillitatis euexit? An fecit hoc Dominus, vt otio & fœcordia torperemus, & tamquam nonnulli nobiles, qui aliorū labore sustentant, in vanis occupationibus tēpus infumeremus? An fecit, vt vitam cōmodis plenam, & rebus ad vsum necessariis abudē refertam haberemus? An fecit, ne curas, ac sollicitudines mundi sentiremus, quæ in domos nobilium, & palatia regum, & imperatorum irruunt, & neminē, licet illustrem, licet diuitem nō molestant? Quis hoc credat? Deum nimirū nihil aliud in tantis impensis spiritalibus nobiscū factis, in tanta beneficiorum copia nisi nostrū temporale commodum quaesuisse? Quis credat, eū, qui humanum animum sui capacē condidit, & in beatitudinis adeptionem destinauit, quosdam homines tātis beneficiis muneribūq; donasse vt vitam ignauam, & inertem ducerent, & sine vlla vtilitate in suū finem ordinata transigerent? Quare ergo Dominus nos in aulicos suæ regalis domus elegit, & tā ingentibus bonis affectit? Inquiramus hoc, ex pēdamus, perferemur, res enim tantū momenti est, vt ex eius cognitione tota nostra salus, nō temporalis quidē, sed æterna depēdeat. Quod si id per nos ipsos examinare nequimus, interrogemus Dominum, suppliciter oremus eum, vt nobis arcana suæ mentis aperiat, vt dicat ipse, qui tāta fecit animæ nostræ, dicat, in quā, quare fecerit, & quæ sibi finem in tāta munerum, ac donorū mole præfixerit. Ego sum Dominus (inquit) qui eduxi vos de terra Agypti, vt esē vobis in Deū, Sācti eritis quia ego sanctus sum. Hic scopus est (& Deus ipse testatur) propter quē nos à sæculo eripuit, ad religionem admisit, & tam ingentibus est beneficiis prosequutus. A quānam Agypto nos Dominus eduxit? Nisi à sæculo, in quo dum vitam egimus, principi tenebrarum inferuebamus, cuius importabilis dominatio vincōs nos, oppressosque tenebat. Agyptus enim (vt ait sanctus Cyrillus) tenebrosa quædam regio interpretatur, & pro cōditione præsentis sæculi, atque statu, in quo magna profectō

2. ad Tim  
cap. 4.Exod. 13.  
3.Isaia 18.  
2.

Iob. 30. 4.

Ioan. 15.  
5.Chrysostr.  
39. ad  
populū.1. Thessal.  
2. 5.Leuit. 11.  
45.

Cyrill.

premirur feruitute, spiritualiter capitur. Non enim Deo dediti sumus, sed immani tyrano principi huius sæculi feruimus, & quasi sæculum lucum voluptates carnis peruoluimus, vnde nulla merces labori, sed supplicia, & labores retribuuntur. ] Ab hac Aegypto spirituali liberavit nos Dominus (sine vlla mensura gratiæ illi referatur) in manu potèti, in brachio excelso, in signis atque portentis, diabolum prosterrens, peccata nos persequètia in sui sanguinis mare demergens, bonorum operum vestimenta conferuans, cœlesti pane sanctæ orationis animæ vitâ sustentans, conspectu serpentis ænei, hoc est, crucifixi, sanas, & tandè columnâ nubis splendèris per diem, & ignis flammatis per noctem, hoc est, protectione sua, per desertum multarum difficultatum, in terram promissam, in locum nos quietis ac pacis deducens.

Hoc autem ingenti beneficio, quod tam immensa beneficia cõplectitur, cumulat nos Dominus verè misericordiarum Pater, nõ quidem ob alium finem, nisi vt ipsum haberemus in Deum. Vt scilicet eũ iugiter cogitemus, eius consortium cupiamus, & solis diuinis obsequiis inhæretes, ipsius honorem, & gloriam affectemus. Illi Dominum habet in Deum, qui diuitias non colunt, voluptates non venerantur, honores, & mundanas dignitates non obseruant, sed creatorem suũ sincero corde quærentes, & virtutes, tota auaritate sectantes, testatur faciunt, Deum se in partem atque hæreditatem elegisse. Illi Dominũ habet in Deũ, qui ita se illi exhibent, quemadmodũ Dei natura atq; munus, quo erga nos fugitur, poscit.

Si enim (vt Dionysius Areopagita ait) Deus dicitur, quod prospiciat cuncta prouidètia, bonitateq; mirabili, & circũstantia currat, cunctaq; cõtineat, & se omnia repleat, atq; vniuersa trãscèdat, quæ prouidètia illius vtiuntur. ] Hi erga creatorem suum se habet, vt deest, qui eam mentis puritate sectantur, quæ possit oculis diuinis obici, de quibus scriptũ est: Mũdi sunt oculi tui, ne videas, hoc est, ne approbes malũ, & respicere ad iniquitatem non poteris. ] Qui ita in diuinũ obsequium feruore, & animi cõtentione currũt, sicut ipse Dominus in ipsorum præsidium, iuamèq; festinat, qui ita eum fidelitate, & mandatorũ obseruatiã cõplectũtur, sicut sentiũt se ab ipsius maiestate, ac potentia contineri, qui diuinis inspirationibus, & sanctis desiderijs se repleri sinũt, neq; ea mundanis curis, & appetitũ propriarũ commoditatum impediũt, & qui probè scientes Dominũ omnia gubernare, & iustos impensè diligere, se ipsos, & omnia sua cũ verissima subiectione diuinæ prouidentiæ committũt.

Illi Dominũ habent in Deũ, qui nihil præter ipsum cupientes, & nullam rem creatam, nisi quatenus ad Deum ducit, amantes, in eo solo omnes affectus, desideriaque constituunt. Nam si Deus est vniuersorũ bonorum summa, omnĩũ honorum, opum, voluptatumque compendium, illis profectò Dominus est in Deũ, qui in tanta maiestate omnia necessaria collocata esse putant, & præter eam nihil sibi possidendũ inquirunt. Qui eum habentes, ipsiusq; amicitia perfruètes, licet omnia creata desint, eximio honore affectos, amplissimis opibus ditatos, & se maximis voluptatibus repletos existimãt. Illi tandem Dominum habet in Deum, qui sancti esse conatur, sicut & ipse sanctus est, & per mädatorum obseruationem, Deo similes fiunt, & in mētibus propriis diuinam similitudinem exprimunt. Hoc autem ista salutari præceptione significasse Dominũ testatur his verbis Chryostomus. Quid est, sancti estote, nisi præcepta mea implere, voluntatem meam facite, in viis meis ambulate? ] Et addit: Cũ ista feceritis, sanctificatur Pater noster, qui in cœlis est. ] Hac oratione deno-

tans, homines cũ propriam sanctitatem exquirunt, tunc operibus, Dei sanctificatione postulare. Neque enim ille, qui summè sanctus est, & omnis origo sanctitatis, in se ipso sanctitatem auget, sed nos puro corde, conscientia munda, & studiosis operibus sanctificat, & suam in creaturis ad diuinam imaginem factis, sanctitatem ostendit.

Eduxit ergo Dominus ex hac spirituali Aegypto, ex tenebricofo sæculo, vt ipse nobis esset in Deũ, ex quo illud sine dubio cõsequitur, vt nos simus populus Dei. Omnes quidem fideles sunt populus Dei, quis id neget? quia & eius fidem profitentur, legem suscipiunt, & mädata, aut opere (quod omnes facere debent) aut saltem professione, & obligatione custodiunt. Sed religiosi præ omnibus sunt peculiaris populus, quem elegit Dominus in hæreditate sibi. Ille est populus, quem inuenit in terra deserta, in loco horrois, & vastæ solitudinis. Et constituit eum super excelsum terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. ] Nam sæculũ terra deserta est, & ceu eremus quidã (vt iam diximus) omnis boni, & spiritualis commoditatis indiga. Terra autem excelsa est vita spiritualis, quam religiosus statim proficitur. Vnde Hugo Victorinus rectè ait: Terra Israël dicitur excelsa, quia vita spiritualis per virtutum eminentiam ad cœlestia bona contemplanda, sublimiter est exaltata. Quæ expectat pluuiam de cœlo, id est, gratiam à Deo. Quã quoque Dominus Deus promissit, & semper inuisit, quia quid in ipsa agatur, diligèter attendit, & ei gratiam ad maiora bona peragenda misericorditer tribuit. ] In hac ergo terra Dominus populum istum suum, id est religiosos, constituit, vt huius vitæ professione se non tantum, vt alij fideles, ad sortem Domini pertinere fateantur.

Quid autem dicit Dominus, cũ istos ad statum religiosũ inuitat? Certè illud, quod dixit filiis Israël. Et assumã vos mihi in populum, & ero vester Deus, & scietis, quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum, & induxerim in terram, super quam leuauit manum meam, & dabo eam vobis possidendam. Ego Dominus. ] Assumit eos in populum suum, quia maiori dilectione profectur, & specialiori prouidentia custodit. Est eorũ Deus, quia benignissimè se totũ religiosis tradit, & omnia numera Patris, magistri, defensoris erga illos exercet. Vnde experimento discit, qua ratione ille, qui est omnĩũ Dominus impensũ iuuat, teneriũ amet, potentiũ defendat, quos mũdos odit, & derelinquit. Eductis eos de ergastulo Aegyptiorũ. ] Sacculum hoc nomine infami compellans. Nam (vt inquit Beda) ergastulum Aegyptiorũ tẽtationes huius mũdi significat, seruitus eiusdẽ, seruitutẽ dæmoniorum, de quibus sancti in brachio excelso, id est in Dei potestate, vel in filio liberantur. ] Et inducit in terram, super quam leuauit manum suam: ] hoc est, in vitam religiosam, quam illis, tamquam ingens beneficium promiserat, & super quam affert manũ potètiæ suæ, vt sit tamquam in fasciculo viuentium custodita. Hanc dat illis possidendam, in qua omnia prælidia ad perfectionem acquirendam necessaria possideat.

Quid autẽ ait illis, cũ inuitati responderet, & statum istam colèdũ suscipiũt? Sanè illud, quod in Psalmo scriptũ est. Audi populus meus, & cõtestabor tibi: Israël si audieris me, non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deũ alienũ. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti; dilata os tuũ, & implebo illud. ] Qua voce, nõ vtiq; sed cũ magna obtestatione iubet illis, ne in rebus creatis suũ amorẽ constituent, eãve in propriũ cor, vtiq; Dei domiciliũ

ingredi

Dionysius de diuin. no. min. c. 12.

Abac. 1. 13.

Chryost. de viis locis Matt. ho.

Deut. 32. 9.

Deut. 32. 10.

Hugo ser. 21.

Exod. 6. 7.

Exod. 6. Beda in Exod. 6.

Psal. 80. 9.

Tm  
13.  
11.



ingredi permittant, sed se quotidie terrenis affectio-  
nibus magis euacuent, sinumq; metis celestiu rerum  
desideriis dilant, vt donis, ac muneribus implea-  
tur. Et quidem licet horrendum vniuersis homini-  
bus esse debeat idola colere, id est, contēpro Deo,  
creaturas contra eius præcepta diligere, tamē mul-  
tō detestabilis erit, si sanctus iste populus Dei tam  
immane crimen admittat. Quare illi in Deuterono-  
mio horū idolorū deletio, cum magna asseueratio-  
ne præcipitur. Aras (ait Moyses) eorū subuertite, &  
confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia  
comburite. Quia populus sanctus es Domino Deo  
tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus  
peculiaris de cunctis populis, quæ sunt super terrā.]  
Quid est aras idolorum subuertere, nisi materias vi-  
tiorum excindere? Quid statuas confringere, nisi fle-  
tu, & compunctione illicitas actiones diluere? Quid  
lucos succidere, nisi affectus, & passiones cohibere?  
Quid sculptilia comburere, nisi igne sancti amoris  
secularium actuum memoriam, recordationēque  
eremare? Hæc faciat populus sanctus, & populus pec-  
uliaris, qui Deo se totum addixit. Ad hoc enim  
vocatus est, vt ab aliis gentibus segregatus, soli Deo  
vacet, & sola diuina ac celestia concupiscat.

Dent. 7. 5.

I. a. 62.  
10.

Quid tandem ait Dominus, cum religiosi viam  
huius mortalitatis absoluunt? Illud profectō Isaiæ:  
Transite, transite portas. præparate viam populo.  
planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum  
ad populos. ] Alij namque fideles, qui inter mun-  
danas occupationes, & possessionem temporalium  
diuina mandata custodiunt, ingrediuntur quidem  
portas felicitatis, sed in ingressu examinantur, an  
habeant cor mundum, & incoquinatum, quod  
solum intrabit in regnum cælorum: At cum reli-  
giosus ad ianuam adest, religiosus, inquam, qui non  
solum habitum monachalem gestauit, sed vitam re-  
ligiosam tenuit, audit à Domino, quasi iam in hoc  
mundo probatus, vt liberet, & absque vilo impedi-  
mento ingrediatur portas illius Ierosolymæ num-  
quam peritura. Neque enim est ex indicandis, sed  
ex iudicibus (vt Augustinus ait) qui sessuri sūt super  
sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël.  
Æquum autem est, vt despectioni rerum tempora-  
lium, religiosæ professioni, vitæ in omni sanctita-  
te actæ, & (quod amplius est) diuine promissioni, qua  
Deus istum ad iudiciariā extulit dignitatem, aliquis  
honor deferatur. Hoc verò esse religiosorū priuile-  
gium, quæ Angelis dicuntur sequentia verba demō-  
strant. Illis namque præcipit Dominus, nō vt impe-  
diant, sed vt parent viam populo introeunti, planum  
iter ostendant, scopolos offensionis tollant, & veluti  
accessa face inter mortis tenebras, semitas æternita-  
tis commoſtrent.

Aug. Epi-  
stola 89.  
4. 4.

Psal. 17.  
45.

Bern. ser-  
40. ex par-  
uulis.

Ecc. 17.  
6.  
Psal. 22.  
2.

Cum autem Dominus viros istius dilecti populi,  
nimirum religiosos, ad antiquos patres collegerit, &  
ad suam regiam vocauerit, de fidelissimis eorum  
obsequiis, quibus propter ipsum omnia, & se ipsos  
quoque reliquerunt, coram Angelis gloriabitur. Di-  
cet enim illud Dauidis: Populus, quem non cognoui,  
seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. ] Ates  
forsitan scire quis sit iste populus, quem non nouit  
Dominus? Audi igitur Bernardum. Qui verò non  
cognoscuntur, & cognoscant, pauperes sunt volun-  
tarij, quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia que-  
cūque pericula possunt separare à charitate Dei. Et  
hi nimirum multis modis probantur, aduersis, durisq;  
fatigantur tribulationibus, sicut scriptum est: Vasa fi-  
guli probat fornax, & homines iustos tentatio tribu-  
lationis. ] Ex quorum itē persona loquitur Psalmus:  
Deus, Deus meus respice in me quare me dereliqui-

sti? Numquid non incogniti videntur, qui orant, vt  
respiciantur? Verum tamen licet derelicti videantur,  
ipsi tamen Deum cognoscunt, & ex persona cogno-  
scentium statim in eodem Psalmo subinfertur: Deus  
meus clamabo per diem, & non exandies, & nocte,  
& nō ad insipientiam mihi. ] De his ergo vox diuina  
dicit: Populus quem non cognoui seruiuit mihi. ] Ac  
si aperte diceret Angelis suis, Quid si vos mihi serui-  
tis, quos felices facio; quādoquidē illi mihi seruiūt,  
quos in sua paupertate derelinquo? Et quid si vos  
mihi obeditis, qui faciē meā videris, cum & illi obe-  
diāt, qui me tantam audiunt, & nō vident? Religio-  
si itaque, qui voluntariā paupertatem amplectuntur,  
in populo à Deo nō cognito numerantur, quia nec-  
dum eius felici conspectu perfruuntur, & quia cum  
humilis commodis carere videantur, mūdani iudi-  
cant eos à Domino nō cognosci. Et tamen Dominus  
huius incogniti populi obsequia in omnē æternita-  
tē est corā Angelis laudaturus, vt qui in mundo tē-  
porale præmium non receperunt, cumulatorē lau-  
dationē in cælis recipiāt. Hic ergo est finis religiosæ  
vocationis, hic scopus beneficiorū, quæ in vocatio-  
nis gratia cōtinentur. hæc destinatio omnī quos in  
vita religiosa sustinemus laborū, vt scilicet Dominus  
speciali prouidētia sit Deus noster, & nos vitæ sãcti-  
monia simus dilectus populus Dei, propter hunc fi-  
nem curas sæculi, & occupationes mūdanas abieci-  
mas, cuius assequutio ad eō cordi vobis esse debet, vt  
propter illam non vereamur omnia temporalia, imō  
si opus fuerit, & ipsam vitam impendere. Quod sanē  
Prosper Regiis Episcopus, hæc sententia monuisse  
videtur. Et ideo, quæ nulla corporeæ necessitatis cura  
solicitat, nulla occupatio domesticæ solitudinis  
inquietat, nullus litigator infestat, nullus calūniosus  
exagitat. qui alia curare debet harū molestarum,  
& his similibus liber, nisi vnde ad meliora proficiat,  
vnde vitæ suæ profectibus quotidianis immineat,  
virtutes augeat, & pro carnalibus, quæ contempsit,  
spiritualia bona possideat. In his de diuinitus adiutus  
exerceat, ea semper amplectatur, ac diligat, & nō so-  
lū aliis delectationibus suis, sed etiā ipis suæ carnis  
cruciatib⁹ anteponat, vt qui nihil sibi reliquit, quod  
formidaret amittere, ea pro quibus, omnia, quæ ha-  
bebat abiecit, tanta firmitate fidei retineat, vt si ne-  
cesse fuerit, pro eis liberent suū corpus impendat.]

Si hæc ita sunt, quæ dementia est, post tale bene-  
ficio susceptum, post tam perfectum statum præ-  
tium omnium, quæ possidebamur comparatum, fru-  
strari finem, cuius gratia, & nos Deus hoc eximio  
dono cumulauit, & mūdanas occupationes e cordi-  
bus nostris eiecit? Quæ infania erit ea vilia, & nul-  
lus pretij concupiscere, quæ reliquimus, ea inutilia  
& noxia querere, quæ speruimus, pro his puerilita-  
tibus laborare, quas aſtati diuino spiritu cōculcaui-  
mus? Ridemus illos inertes, atque ignaues Israëlitas  
ab Ægypto mirabiliter liberatos, qui de reditu in  
terram captiuitatis, ac de reuersione tractabant, qui  
infamem seruitutem affectantes, dicebant: Vitam  
mortui essemus in Ægypto, & non in hac vasta sol-  
litudine, vitam pereamus, & non inducat nos Do-  
minus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores,  
ac liberi nostri ducantur captiui. Nonne melius  
est reuerti in Ægyptum? Et iterum, Moyses, & Aa-  
ronem accusantes, ita clamabant: Vitam mortui  
essemus per manū Domini in terra Ægypti, quando  
sedebamus super ollas carniū, & comedebamus  
panem in saturitate, cur induxistis nos in desertum  
istud, vt occideretis omnem multitudinem famē? ]  
Quāto magis ridendi sumus nos qui saculo nequā  
erepti, & in sanctam religionem introducti, non

Prop. lib.  
2. de vita  
contempl.  
c. 16.

Nu. 14.  
2.

Exod. 16.  
3.

solum de reuersione tractamus, sed cogitatione in saeculum, sed desiderio, sed occupatione redimus? An non est, redire ad saeculum, mundanos honores & dignitates ambire? Corporis delicias, & voluptates consecrari? Aurum, argentum, & pretiosam suppellectilem possidere? Vincula obedientiae rumpere, & iugum propriae abnegationis detrectare? An non est redire ad saeculum, auerfari diuina colloquia, lectionem fugere, cella secreta abominari, & in negotiis mundanis tempus consumere, ac vanis colloquutionibus ora laxare? Certè, qui ita viuunt, vitam religiosam deserunt, Aegyptum repetunt, & in saeculum, quod reliquerant, reuertuntur.

Nu. 14.  
2.  
Ibid. 29.

Basil. in  
orat. 21.  
de salutari-  
tate.

Basil. de  
institus.  
monach.  
serm. 2.

Isti de mutatione status poenitentes dicunt, si non ore, corde tamen, & animo: Vtinam mortui essemus in Aegypto. Et illam terribilem Dei comminationem audiunt. Vtuo ego, ait Dominus: Sicut Iouuati estis, audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Audiunt, & experiantur; nam in quam virtutum solitudine vitam finiunt, & post multos annos religionis, cum animo irreligioso, aut plane mundano, ex hac vita migrantes, praemium religiosorum non recipiunt. Hoc grauissimis verbis expendit Basilius. Est autè (inquit) spectaculum omni commiseratione dignum, inedia multa perpeffa, feuerissima educatione perlata, tot precibus factis, tot lachrymis profusis, annis viginti, aut triginta castitate custodita: tandem propter animi segnitiam, negligentiamque omnibus spoliari, ac denudari rebus, & eum, qui praeccepta Domini religiosè seruauit, simile effici mercatori locupleti, qui copia mercium elatus, cum iam nauis ipsius maria periculossima vento secundo emensa esset, ad ipsum portum nauis elisa, omnibus simul priuatus conspicitur. O quam verè hæc dicta sunt: religiosus enim mundum fugiens, & domum religionis ingrediens, ex procella, & tempestate maris euasit, & portum tutum, ac tranquillum tenuit, ex quo facilis est in terram aeternitatis, & ciuitatem caelestem ingressus. Interim autem, dum hæc profectio conceditur, in portu religionis manens, aliqua sustinet, vt vigilias, vt ieiunia, & alia huiusmodi, corpori quidem aduersa, sed animo vehemèter vtilia, quæ digna sunt praemio numquam perituro. Hæc verò omnia religiosus dilapidat, & in ipso beatitudinis portu periclitatur, si vitia nõ deserat, si animum saecularem non exuat, & occupationes mundanas admittat. Conuenit igitur (& simili, ac verbis vtemur eiusdem Basilij) vt quem admodum, qui in balneum ingrediuntur, vestimentis se omnibus denudant, ita & qui colenda pietatis causa ad solitariam, vel religiosam vitam accedunt, omni rerum vitæ huius materia exuti, genus vitæ, quod est secundum philosophiam, ingrediantur. Hoc enim vitæ genere praeteritas maculas lauant, & adipiscuntur animi puritatem, sine illo verò, nõ merita, sed noua onera debitorum conquiritur.

*Religiosos hunc praestantissimum finem non assequi, habitum monachalem gestando, sed vitam spiritualem agendo.*

CAPVT XXXII.



**O**GNOCERE hunc finem religiosæ vocationis tanti momenti est, vt necesse sit, ignorantie & imbecillitati quorundam religiosorum consulere, atque eum exquisitiùs declarare. Putat enim

**A** nonnulli (ni fallor) se ad scopum religiosæ professionis peruenisse, & populi Dei nomen, ac meritù acquirisse, cum primùm habitum religiosum induunt, necdum mète mutata, nec indumentis veteris Adæ, hoc est, prauis affectibus, ac vitii exutis. Quod non ita esse facillimum erit comprobare. Nam religiosa vita non est corporis indumentum, sed status animi vniuersarum virtutum exercitatione perfectus: Non est ergo religiosus opere, & merito, qui tantùm vestem monachalem, seu religiosam induit, sed qui ad virtutis normam mores suos, actusque componit. Egregiè enim ait sanctus Ephrem, religiosorum magister peritissimus: Non putetis, in cingulo ac veste longa consistere perfectionem monachi, aut in co salutem positam, quòd mûdas ac nitidas manus habeas, aut quòd bene disertus sis, quòdque Scripturas interpretetis, aut quòd capite incedas abraha, comæve nutrias, licet enim proportionem respondentem, congruentisque virtutes desint. Hæc autem non vt deprimam habitum, eique detrahiam, dico, quod absit, sed vt habitui, mores, & opera congruere debere demonstrè. Nam habitus absque operibus, nihil est. Et verissimè. Sicut enim fieri nõ potest, vt vnus, atque idem homo, vno atque eodem tempore sapiens sit, & ignorans, studiosus, & vitii corruptus, tristis, & lætus, diues, & pauper: Ita impossibile est, vt simul sit religiosus, atque mundanus. Neque enim minus distant, religio, & saeculum: mores religiosi, & mundani, quam alia quælibet opposita, atque contraria. Ille autè, qui solù de religionis habitu gloriatur, neque habet vitam indumento conformem, mundanus est: igitur (quidquid sit de statu, & obligatione) virtute, & sanctitate religiosus non est, imò mundanus, tantò vilior, & cõceptibilior, quantò sub religionis habitu, & monastica professione, mores habet tantæ dignitati discordes. Est velut histrio indumèto regis indutus, vt cornus cygni alis, & plumis ornatus, & velut lupus ouium pelle contextus. Iste talis nõ est cur dilecto populo Dei se ipsum annumeret, quia licet in externa veste ad eum pertinere videatur, sed vita ad saeculũ pertinet, & ab hoc nobilissimo populo, actione, & moribus logè distidet. O quam aptè de illo, ac de sui similibus dicemus illud Bernardi. Vereor ne multi se profiteantur de populo Dei, quos tamè ipse nõ habet pro populo suo. Vereor ne plerisque, qui quasi in populo eius religiosiores esse videntur, ipse aliquando dicat: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum logè est à me. Nouit enim Dominus Iesùs, qui sũt eius, nouit, & quos elegerit à principio. Quid me vocatis (ait) Domine Domine, & non facitis, quæ dico? Vt autè cognoscamus vitam & mores esse, quæ nos huic populo annumeret, statim subiicit. Vis scire an pertineas ad populũ eius, vel potius vis esse de populo eius? Fac, quæ dicit Iesùs, & cõputabit te in populo suo. Fac, quæ iubet in Euãgelio Dominus Iesùs, quæ iubet in lege & prophetis, quæ iubet per ministros suos, qui sũt in Ecclesia, obtempere ei, vicarijs prepositis tuis, nõ tantũ bonis, & modestis, sed etiã dyscolis, & disce ab ipso Iesu, quia mitis est, & humilis corde, & eris de beato populo eius, quæ elegit in hereditatè sibi. Eris de laudabili populo eius, quæ dominus exercituum benedixit, dicēs: Opus manuum mearũ tu es, hereditas mea Israël. Liqueat ergo, professionè vitæ perfectæ populo nos Dñi adiungere, & religiosos actus, nõ solã vestè, iustorũ cetui copulare.

Illis sanè actionibus finem nostræ vocationis cõsequimur, (vt scilicet Dominus sit noster Deus, nos autè eius dilectus & peculiaris populus,) quarũ gratia nos ipse vocauit, & à periculis saeculi in securitatem religionis adduxit. Ista verò non sunt tantum

Ephrem.

Bern. 10.  
sup. Miss.

Matth. 5.  
8.

Luc. 6. 46.

Matth. 11.  
29.

attonſio capitis, mutatio veſtis, & aliarum externa-  
 tum cæremoniariſum aſſumptio, ſed cõuerſio cordis,  
 abiectio vitiõrum, & virtutũ, ac perfectionis ſtudium.  
 Quod ſi dedit, illæ externe mutationes parui momẽ-  
 ti ſunt reputandæ. Iſtu ergo perfectionis ſtudiũ eſt,  
 quod nos veros, & ſãctos religioſos facit, & à vilitate  
 mundanorum in altitudinem religioſi ſtatus ex-  
 tollit. Nam rogo, cum Dominus nos ad hunc ſtatum  
 inuitavit, dixit-ne: Conuertimini ad me tantũ in  
 externa veſte, commutate pileum in cucullum, chla-  
 mydem in melotem, baltheum in chordam? Nequa-  
 quam ſed tunc inſonuit de cœlo Dominus, & altiffi-  
 mus dedit vocẽ ſuam, ita clamans, & dormientes ex-  
 ſuſcitans. Conuertimini ad me in toto corde veſtro,  
 in ieiunio, & in ſletu, & in planctu, & ſcindere corda  
 veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad  
 Dominam Deum veſtrum. Nã ab iſta conuerſione  
 mētis accipit meritũ habitus monachalis acceptio,  
 & externa veſtimentorum mutatio. Fratres (inquit  
 Bernardus) ſi dixiſſet conuertimini, nihil addẽs, eſſet  
 vobis forſitan liberum reſpondere, factum eſt, iam  
 aliud proponẽ mandatum. Nũc autem ſpiritualis (vt  
 audio) conuerſionis nos admonet, quæ non vna die  
 perficitur, vtinam, & in omni vita, qua degimus in  
 hoc corpore, valeat conſummari. Corporis namque  
 cõuerſio, ſi ſola fuerit, nulla erit. Forma ſiquidẽ cõ-  
 uerſionis eſt iſta non veritas vacuum virtute gerẽs  
 ſpeciem pietatis. Miſer homo, qui totus pergens in  
 ea, quæ foris ſunt, & ignarus interiorum ſuorum, pu-  
 tans aliquid ſe eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Si-  
 cut aqua effuſus ſum (ait Pſalmiſta in perſona homi-  
 nis huiuſcemodi) & diſperſa ſũt omnia oſſa mea. Et  
 alius quidam propheta. Comederunt (inquit) alieni  
 robor eius, & ignoravit. Exteriorem quippe ſuper-  
 ficieſ intuens, ſalua ſibi omnia ſuſpicatur, nõ ſen-  
 tiens vermẽ occultum, qui interioria corrodit. Ma-  
 net tonſura; veſtis necdum mutata eſt, ieiuniorum  
 regula cuſtoditur, ſtatutis pſallitur horis, ſed cor lõ-  
 ge eſt à me, dicit Dominus. Attende ſoliter quid  
 diligas; quid metuas; vnde gaudeas, aut contriſte-  
 ris; & ſub habitu religionis animum ſæcularem, &  
 ſub pannis conuerſionis inuenies cor peruerſum.]  
 Maniſteſtum eſt itaque, quod qui ſub habitu mona-  
 chali cor habet ſæculare, corpore quidem habitat  
 in domo Dei, fateor, profeſſione, & obligatione re-  
 ligioſus eſt, aſſentior, ſed corde ad cœtum munda-  
 norum pertinet, & habitator eſt ſæculi. Nihil enim  
 cuiquam prodeſt (inquit Anſelmus) habitum mona-  
 chi exteriorem habere, ſi non ſtuderit, & interio-  
 rem retinere. Et Baſilius ſeceſſum à ſæculo deli-  
 neans, ita ad ſuũ Gregorium ſcribit. Eſt verò ſecef-  
 ſus à mundo, non extra mundum eſſe corpore: cæ-  
 terum à conſenſu corporis, mutuaque affectione  
 ahimum abrumpere; non ciuem eſſe, non domum  
 poſſidere, non famulum, nihil proprium habere,  
 non ſodalitatis officia, non amicitia colere, prædia  
 nulla, nullas facultates habere, negotiis vacare, iuris  
 gentium contractus, humanalque diſciplinas non  
 noſſe, ita ſe comparare cor, vt humanam aptum ſit  
 admittere diſciplinam ex diuinis monumentis in-  
 formatam.] Qui ſolum habitum induit, & virtutes  
 indumento congruas habere non curat, ſimilis pro-  
 fectõ eſt homini ſæculari, qui aliqua neceſſitate co-  
 actus in cœnobium ſe recipit, & habitum monachi  
 induit, non vt monachus ſit, ſed vt tutior maneat,  
 & ſecurior deliſceat. Sicut enim iſte nihil habet re-  
 ligionis, niſi veſtem; & neceſſitatem in cœnobio  
 commanendi, ita religioſus tepidus, ambitioſus at-  
 que mundanus, nihil religionis habet, niſi habitum,  
 & neceſſitatem, quæ ex profeſſione naſcitur, non

A tamen vitam, qua quisque in monastica conuerſa-  
 tione perficitur.  
 Hanc autem conuerſationem, qua mundana con-  
 temnimus, & virtutum exercitia conſectamur, eſſe,  
 quæ nos religioſos, & Deo coniunctos faciat, Do-  
 minus in poſtremo die euidenter oſtendit. cum ſpe-  
 ctatibus omnibus hominibus, atque vniuerſa cœle-  
 ſti curia, religioſæ vitæ ſectatores, non tantũ de  
 geſtatione veſtis monachalis, ſed multo magis de  
 vita, & moribus iudicabit. Verum eſt, ab illis Domi-  
 num quaſiturum, an habitũ propriæ religionis in-  
 duerint, quod abiicere ſine vrgenti cauſa, & veſtem  
 ſæcularem aſſumere ingens crimen eſt. Sed non eſt  
 hæc tota illius examinis inquitio. Expendet nam-  
 que Dominus, an regulam cuſtodierint, an patrum  
 ſtatuta ſeruauerint, an parentes, cognatos; & ami-  
 cos, honores, diuitias, & voluptates, quæ corpore  
 reliquerunt; corde quoque dimiſerint, an vitia de-  
 leuerint, an paſſiones cohibuerint, an ſilentio, &  
 orationi ſe dederint, an virtutes exercuerint, an pro-  
 ximis ſalutis viam, verbo & exemplo monſtraue-  
 rint. Si quis autem appenſus in ſtatera iuſtitia, iſto-  
 rum inuentus fuerit minus habens, licet habitum  
 religioſum geſtauerit, arguetur, & excors punietur,  
 vt reus, & inter mundanos, iniquorum pœna mul-  
 ſtabitur. Libet ſanẽ Laurentij Iuſtiniani verba; li-  
 cẽt prolixiora, proponere, quæ tepidos terreat, &  
 à nobis dicta conſentire. Falluntur proſus (ait) qui  
 ſine operibus de ſolo habitu, & religionis ſibi ap-  
 plaudunt nomine. Non enim de titulo profeſſio-  
 nis, neque de dignitatis ſtaſtigio, neque de ſancti-  
 tatis imagine; ſed de mandatorum obſeruantia, de  
 obedientia regulæ, de perfectione virtutum, de cor-  
 dis munditia, de actione laudabili, de miniſterio pie-  
 tatis, & de gratiarum Deo exhibita ſolutione, ante  
 tribunal æterni iudicis, cuique religioſo, & Ecce-  
 ſiaſtico viro interrogatio fiet. Aduerſus inobedien-  
 tes Chriſti miniſtros, defunctorum elemoſyna  
 monaſteriorum reditus, ſanctorum patrum inſti-  
 tuta, commendabilis ſæcularium vita, ſicca bo-  
 nitatis oſtenſio, conſumato huius peregrinationis  
 termino vehementiſſimẽ acclamabunt. Non erit  
 tunc fruſtuofa pœnitentia, non compunctio ſalu-  
 taris, non locus veniæ, non mœrendi tempus; ſed  
 diſcuſſio, ſed iuſtitia, ſed iudicij, ſed vltionis.  
 Tunc quippe aperientur ſingularum libri, tunc con-  
 ſcientia erit teſtis, & iudex; tunc religioſus inobe-  
 diens, auarus, & petulans ſerò intelliget, quid omi-  
 ſerit, quid contempſerit, quid egerit, quid perdidit.  
 Torquetur vtique indicibili mœrore præter-  
 miſiſſe benefacere, & opere neglexiſſe implere, quod  
 vouit, dicente propheta: Vouete, & reddite Domi-  
 no Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius aſſertis  
 munera.] Conſciẽtiæ quoque immortalis vretur ver-  
 me, cum reuoluet ſecum, quàm impudenter condi-  
 torem ſuum, præcepta Ecceſiaſtica, oblatam gra-  
 tiam, & admonitionem ſalubrem parui penderit an-  
 dire fratrem. Mœroris inſuper toties confodietur  
 gladio, quoties facinorum ſuorum meminerit, ob-  
 ſcenitatis, atque voluptatis carnis, edacitatis vœtris,  
 cupiditatis temporalium facultatum, cæterorumque  
 vitiõrum, ob momentaneam delectationem viliffi-  
 mum te fecerit ſeruũ. Hinc ſupra modũ cruciabitur  
 animo ſe propter nefandiſſima carnis opera amiſiſſe  
 viſionem diuinam, contuberniũ Angelorum, ſancto-  
 rum cõſortium, Ecceſiæ ſuffragia, meritorum iuſto-  
 rum participatiõẽ, naturæ dona, adiutoriũ gratiæ, &  
 fruſtus dignos pœnitentiæ. Si hæc ita ſunt, nõ dubiũ  
 eſt, vitã iſtam religioſã, & ſpiritualẽ, nos Dei populũ  
 cõſtituere, veros religioſos facere, atque in ſine noſtre

Pſal. 17.  
14.  
Iſa. 1. 12.

Bern. de  
cap. ieiunij,  
ſer. 2.

Pſal. 21.  
15.  
Oſes 7. 9.

Baſil. epi-  
ſtola 1. ad  
Gregor.

Iuſtin. lib.  
de obed. c.  
19.

Pſal. 75.  
12.



vocationis deducere. Et compertum est etiam solam vestem, & professionis obligationem, virtute vacuam, non esse satis, vt nos Dominum habeamus in Deum, ac in eius amicitiam admittamur.

Tu ergo, o religiose, qui mundo contempto in cenobium fugisti, & ad statum religiosum conuolasti, memento hunc esse scopum operis tui, vt Dominus sit tibi Deus, tu autem sis vnus de populo Dei. Hunc autem finem assequeris, si vitam spiritualem arripas, & per vniuersarum virtutum itinera, non segniter, sed magna celeritate discurras. Tunc Dominus est tibi Deus, cum illi te totum possidendum tradis, & nihil tui, aut carnis illecebris, aut cupiditati mundanae, aut superbie diabolice derelinquis. Dixit enim Dominus tuus: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Et si in illo nihil habet, profecto in te, si membrum illius es, nihil habere debet. Tunc Dominus est tibi Deus, cum illi omnibus praefers, nec pro rebus modicis, quales sunt omnes res seculi huius, tu vltimum finem amittis. Emisti eum tamquam pretiosam margaritam, quam pretio omnium, quae possidebas, comparasti, ne iam emptam, & in conclauis tui cordis absconditam, pro nihilo perdas, & pedibus affectuum mundanorum conculces. Tunc Dominus est tibi Deus, cum spiritis omnibus, pace, ac tranquillitate mentem exornas, vt Dei tui habitaculum efficiatur. Qui cum magnus sit, & rex pacis nuncupetur, totum mentis domicilium postulat, & nisi pacatum sit eius habitacionem fugit. Non das autem illi totam domum mentis tuae, si res creatas cupis, & amore commodis propriis inhaeres. Nec paras illi domicilium pacis, si rerum temporalium desideris turbaris. Tunc demum pertinet ad populum Dei, cum occupationes seculares omnino deseris, cum mores religiosos induis, & spiritualem vitam a curis rerum temporalium auulsam, omni diligentia sectaris. Quod, vt non solum iucundum tibi fiat, sed etiam penitus necessarium appareat, illud serid tibi considerandum est, & sollicita mentis intentione cogitandum, non posse te impane in sancta religione positum, eas cogitationes, & colloquia, & illas curas admittere, quae tibi in saeculo licuissent.

Poteras quidem, dum vitam communem sectabaris, aut opes acquirere, aut res non necessarias, minime tamen noxias possidere, aut dignitatem, si ea dignus esses, bono sine appetere, & postulare, aut genio moderate indulgere, curasque rerum temporalium & occupationes seculares admittere. At postquam vitam illam communem reliquisti, & in statum religiosum euolasti, non licet tibi ista mundana conquirere, & res mundi huius corruptissimi in certum religiosorum inferre. Quod Petrus Apostolus, non saeuitia, aut crudelitate, sed fidelium misericordia motus, & Spiritu sancto incitatus ostendit, dum Ananiam, & Sapphiram morte temporali, & aeterna multauit. Anania (inquit) cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Ac si diceret: O Anania nec Christus te coegit, nec Ecclesia compulit, vt agrum tuum venderes, & pro Christo pauper effectus, in vsu pauperum erogares, liber eras, & agellum, aut pecunias in pretium eius acceptas, poteras sine peccato retinere: At postquam decreuisti te rebus tuis abdicare, easque offerre Deo, vt pro vilissima re temporali aeternum regnum lucrareris, non tibi licuit de pretio agri aliquid defraudare, & pecuniam partem abscondere. Hoc peccatum, quod nos Spiritu sancto plenos decipere voluisti, & pecuniam Deo iam consecratam surripere statuisti, & subita morte, & cruciatibus perpetuis exolues. Sic

A prorsus, o religiose, tibi eueniet, si seculares honores, aut diuitias, aut commoditates pro Deo dimissas, audeas resumere: Argueris mendacij, atque furti, quod promissioni non steteris, & res Domino dicatas abstuleris, & nisi respueris, seuerissime punieris. Quia quod antea erat liberum, ingressu religionis, & obligatione voti, necessarium fecisti, cui sine animae dispendio iam non poteris contra ire. ] Hac Basilius proposito exemplo Anania supra dicto, his grauissimis verbis expressit. Quocirca ante religiosam istius vitae professionem, liberum est vnicuique, quatenus per Dei indulgentiam leges permittit, communem cum ceteris viuendi morem sequi, sibique uxorem adiungere. Vbi vero iam quis sponte sua ipse professus est, hic Deo custodire se ipsum debet veluti eorum aliquid, quae dicata sunt Deo, ne sacrilegij iudicium incurrat, cum videlicet corpus, quod semel Deo consecrauit, ministerio rursus communis vitae contaminat. Et ne quis existimet hoc solum dici de custodia castitatis, quam religiosus hac districtè custodiens, nullam aliam affectionem vitare debeat, statim ipse Beatus pater subiungit. Atque hoc dico, non vnum tantummodò vitiosam affectionis genus spectans, quem admodum opinatur quidam, qui perfectam habere se virginitatem existimant, si caltum modò corpus suum custodierint, sed vt doceam, eum, qui Deo feruare se integrum velit, nulla debere praua affectione mundana inquinari, iuxta omnem vitiosam affectionis modum. Nam iracundia, inuidia & praeteritarum iniuriarum tenax memoria, mendacium item, & superbia, & elatio spiritus, & interpestiua locutio, & in oratione facièda lentitudo, & rerum, quae nullae sunt, cupiditas, mandatorum negligentia, in vestitu nimio plus exquisitus ornatus, orisque ad venustatis speciem compositio, congressionesque, ac colloquia, non habita, vel decoris, vel necessitatis ratione. Haec omnia adeò diligenter sunt ab eo cauenda, qui per virginitatem Deo seipsum consecrauit, vt par sibi propemodum esse periculum intelligat, si in aliquo istorum lapsus sit, atque si in veritum proprie peccatum incurrat. Haec ille.

Haec omnia vitare debet, & opposita sectari, qui virginitatem, id est, vitam à saeculo remotam (hanc enim Basilius virginitatem vocat) profitendam elegit. Sibi que persuadeat necesse est, multa in hoc statu esse reprehensione digna, quae in saeculari, nec mala, nec reprehensibilia censerentur. Vt enim emptio, & venditio rerum venalium in foro bona est, in templo vero mala, & verita est (Vnde Dominus factò flagello de funiculis, omnes vendentes, & ementes eiecit de templo, oves quoque & oves venditioni expositos, & nummulariorum effudit aes, & menfas subuertit: ) Ita saecularia in saeculo licent, in religione autem nequaquam licent. Qui ista in vitam religiosam inuehunt, audiènt à Domino: Aufer te ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, aut etiam speluncam latronum. ] Religio enim domus Dei est, ad hoc aedificata, vt ipse in ea adoretur, atque colatur. Eam autem efficit domum negotiationis, & furum latibulum, qui vanis cogitationibus, inutilibus desideriis, prophanis negotiis, ac confabulationibus, non necessariis commoditatibus, inuidiis, ac emulationibus, & aliis huiusmodi pestibus, tantam inficit sui status puritatem. Quae enim turpior negotiatio ea, qua homo Deo dicatus huc illacque discurret, vt suas voluntates expleat, & cupiditatis insanae expletionem coquirat? Aut quae spelunca latronum impurius ea, quae tegumento virtutis, monstra vitiorum occultat, & sub habitu religionis propriam voluntatem, omnium malorum seminarium abscondit? O quanta indignatione aduersus iustum com-

Basilius, ser.  
1. de in-  
stit. mo-  
nach.

Ieron. 2. 15.

Ibid. 16.

Ierem. 13.  
15.

Isa. 26.  
10.

mouetur Deus, qui domum religionis, sua inobedientia, atque proteruita, in bestiarum equile, aut in porcorum hatam couertit. Quid est (inquit) quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Dilectus quidem est quem tanto amore complector, vt in domo mea, & inter electos meos manere permittam. Huius autem eximij beneficij, hanc accipio gratitudinem, quod domum hanc meam, caelo quam simillimam, prophanae, & tepidae vitae feeditate commaculat. In terra sanctorum iniqua gessit, no videbit gloriam Domini. Hanc est in malos, & tepidos religiosos querimonia Dei, hanc terribilis districti iudicis cominatio, quam sine dubio opere exequetur, si vitam non mutant, & ea, quae promiserunt, non debita deuotione custodiunt.

*Religiosus semper vitam spiritualem esse sectandam, ac de illa in sequentibus esse tractandum.*

CAPVT XXXIII

**N**E ergo religiosi hanc dutilissimam Domini increpationem audiant, & acerrimam socordiae atque negligentiae poenam sentiant, operapretium est eam eligant vitam, eos labores subeat, eas curas, & occupationes suscipiant, utique spirituales, & sanctas, quarum gratia, & a saeculo fuerunt erepti, & in statum religiosum euocati. Nam si in saeculo degentes mandata Domini custodierunt, & vitam studiosam amarunt, valde infani sunt, si eam vitam deserant, cuius conseruandae, & prouehendae causa religionis habitum induerunt, & inter bonos, & sanctos innocentiam perdant, quam inter iniquos, & peccatores conseruarunt. Si vero in saeculo omni feeditati, ac turpitudini se dederunt, & emedationis gratia in caenobiu conuolarunt, quid infanlius, quam in poenitentiae loco praeteritis iniquitatibus nouas adicere, & maiora peccata perpetrare? Sanè tam isti quam illi diuitias bonitatis Dei, & patientiae, & longanimitatis contemnant: quoniam ad poenitentiae locum adducti, non poenitentes, sed in Deum contumeliosi fiunt, & tanto beneficio in arrogantiam, & superbiam abusi sunt. Ne itaque tam ingenti itultritia fascinetur, semper uocationis suae finem ante oculos habeant, & in quocumque loco sint, & quacumque occupatione teneantur, desideria uirtutis, timorem peccati, & uitam spiritualem, ac religiosam, tum corde amare, tum actione praestare procurent. In religione ad instar Angelorum habitare laborent, qui domum illam caelestem, & uerissimarum deliciarum plenam inhabitant, vt ex domo, quae in terris imago caelestis est, ad illam, quae in caelis usque ad finem saeculi aedificatur, post huius uitae finem, trasferantur. Sicut enim Angeli a caelesti curia ad terras in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, nunquam Angeli esse desinunt, nec vitam caelestem relinquunt, nec a conspectu Dei, quo beati sunt, nec ad momentum quidem recedunt: Ita religiosi dum septa caenobij egrediuntur, dum saecularium domos adeunt, aut necessitate cogente, aut postulante charitate, numquam uitam spiritualem, neque animam religiosam deserant, sed corpore inter mundanos degentes, spiritu in abscondito proprii cordis commaneant. Laboriosum est hoc: sed ad labores, non ad otium, nec ad segnitium uocati sunt. Herus mancipium emittit, & suis sumptibus cibos ei, & vestes subministrat, an vt otio torpeat: non sed vt labore, & magna

Rom. 24.

Heb. 11. 14.

**A** sollicitudine famuletur. Agricola conducit operarium, debitamque mercedem promittit, an vt negligentia dissoluatur? non sed vt fegetes demerit, & in horrea recondat. Rex milites cogregat, & stipendiu assignat, an vt lullibus uacant, & in conuiujs, & potionibus occupentur? nullo modo: sed vt praefectur, vt locum suum teneant, vt hostium vim impetumque sustineant. Et te Christus, o religioso, in suam domum uocauit, & pretio sui sanguinis tibi beneficio uocationis coemittit, & tantorum donorum stipendia attribuit, vt otieris, vt negligens in cella maneas, & tui oblitus, per hortum & claustra discurras, vt confabulationes uanas, & occupationes saeculares affectes vt dicas: Laboriosum est paruos defectus uitate, passionis cohibere, silentium amare, lectioni & orationi semper insistere? Quis hoc credit? Imò potius uocatus es, vt tamquam fidelis famulus ei semper inferuias, tamquam uinea operarius tribulos & spinas tui cordis euellas, tamquam strenuus miles, secundum praecceptum Pauli, milites bonam militiam. Homo (ait Iob) nascitur ad laborem, & auis ad uolatum. Si quiuis homo ad laborem natus est, quanto magis tu, qui vt labores mundum deseruisti, & tanta bona in laborem leuam recepisti? Ne sis, vt illi, infanus, qui, vt est apud Hugonem Victorinu, delicatam, ac uoluptuosam credunt esse religionem, expertem laboris, uacantem otio, & habitum religionis indifferetè capiunt, uotum faciunt, professionis uinculo constringuntur: cum autem religionis ordinem, & consuetudines eiusdem auersantes carni nouerint, in haec uerba prorumpunt, Putauimus pondus religionis leuius esse, quis enim potest ferre claustru taedium, diuturnitatem silentij, pondus laboris, parsimoniam cibi? Ne, inquam, talia dicas nec talia cogites, sed scierè te ad laborem uocatum, ad opus inuitatum, ad praellium immane conductum, labora sicut bonus miles Christi Iesu. Operare & exercere te ipsum, in aedificatione cordis tui: & ut est apud Ecclesiasticu, A iuuentute tua excipe doctrinam, & usque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus tui, in opere enim ipsius exigui laborabis, & cito edes de generationibus illius. Praeliare praelia Domini, quae aduersus daemones comituntur. In his autem non ostitado, & dormiendo, sed uigilado, & orado te exercebis. Non uincitur diabolus otio, sed labore, non crapula, sed ieiunio, non uaniloquio, sed silentio, non ira, non superbia, non ambitione, sed mansuetudine, sed humilitate, sed honoris coteptu. Contra dolos & terrores Satanæ (inquit Thomas a Capis uir uerè religionis, spiritualis, & pius) certat, ac triumphat unanims conuentus fratru multorum, qui nocturnis uigilijs incubat, diurnis laboribus insudant, sacris lectionibus intendunt, deuotis precibus, & Psalmorum melodijs insistendo, Deo iubilat, & quasi caelestibus tubis pariter insonando, diabolū persequuntur. Vehementer enim eum affligunt, cum ieiunant: uerberant, cum disciplinam recipiunt: calcant, cum ueniam petunt, preuunt, cum se humiliant, terrent, cum Iesum inuocant, torquent, cum Mariam nominant, fugant, cum cruce signant, vrunt, cum crucifixum adorant, uincunt, cum obediunt, arctant, cum in solitudine manent, ligant cum strictè silentium seruant. Hae sunt arma fortissima, quibus Christi milites diabolum superant, & ante pedes suos fractum uinctumque prosternant. Equum autem est, vt religiosi, qui nomina huius sacrae militiae dederunt, strenuè dimicent aduersus seipfos, & aduersus carnis uitia, atque peccata, & se fortes esse, ac inuictos milites glorientur. Qui enim aliquam artem liberalem exerceat, aut aliquod munus

1. Tim. 1.  
19.

Hugo lib.  
1. de clau  
stro anti  
ma c. 18.

2. ad Tim.  
1.3.  
Ecl. 6.  
18.

Thom. a  
Camp.  
ser. ad no  
stic. ser. 1.

reipu

reipublica tractat, mirum est quanto studio procurant alios suae artis peritos excellere, aliosve illius muneris administratores superare. Philosophici, aut Theologici studiis insistentes, ingenij acumine, disputandi dexteritate, & interpretandi facilitate, condiscipulos anteire nititur; Miles corde magis intrepidus, fortior & animosior inter hostium acies esse curat. Mercator in rationibus subtilior, in debitorum exolutione promptior, in promissionibus verior, in mensuris fidelior esse conatur. Aduocatus diligentior; iudex aequior; rex benignior, atque potentior ceteris aduocatis, aut iudicibus, aut regibus esse, & videri concupiscit. Solus miserabilis religiosus opprimens interdum hunc naturalem affectum, inter alios fœdales, nec ad maiorem virtutem, nec perfectiorem aspirat. Neque inter humiles esse modestior exoptat; neque inter mites maffetior; neque inter subiectos obedientior; neque inter castos purior; neque inter Dei amatores feruentior; neque inter mundi contemptores, à mundo remotior esse desiderat. Sed in cœno multarum imperfectionum lætus iacet perpetua quadã tepiditate contentus. Illam excellentiam curam gratiã denegat, quam in sæculo constitutus fragili naturæ cõcessit. Illũ laborem pro adipiscenda sanctitate refugit, quem sapias pro vilissimis rebus admittit: cum tamen sanctitas, ac cordis puritas in immensum pretiosior, atque diuturnior, multo maiori diligentia esset, ac contentione querenda. Si enim (vt ait Hieronymus) negotiatores sæculi tanta sustinent, vt ad incertas, periturasque diuitias perueniant, & seruent cum animæ discrimine, quæ multis periculis quaesierunt: Quid Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus, quaerit pretiosissimum margaritum? Qui totis substantiis suæ opibus emit agrum, in quo reperiat thesaurum, quẽ nec fur fodere, nec latro possit auferre?

Hieronymus  
epistol. ad  
Rusticũ.  
c. 1.

Rom. 6.  
19.  
Chrysol. in  
c. 6. ad  
Rom. hõ.  
12.

Greg. 19.  
mor. s. 16.

Hanc insipientissimam fœcordiam præuidens Paulus, quasi maiorem diligentiam rebus maioribus estagitare non audens, saltem æqualem ei, quam vilissimis rebus impendimus postulare contendit, cum ait: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quis tandem (inquit Chrysolomus) eousque miser, eousque infelici lidere natus esse queat, vt ne studij quidem tantandem Christi, quantam peccati, ac diaboli seruituti impendat? Sed cessaret sane, õ beate pater, mixta cum admiratione interrogatio. si huius temporis, non dico sæculariũ domos, sed religiosorum cœnobis ingredereris. Si videres homines qui in sæculo pro diuitiis perituris, pro turpissima quadã voluptate, pro honore quocumque, vêtõ in anteriori, magnos labores pertulerunt; pro caelesti premio, pro virtutis pulchritudine, pro filiorum Dei gloria, nec quid minimũ velle perferre. Horũ proculdubio infirmitati condescenditur, (vt inquit Gregorius) ac si eis apertius diceretur. Si nequaquã amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operũ, quales fuistis dudum in actione vitiorũ, ne debiliores vos habeat sancta libertas heredes, quos in carne validos habuit vsus terrena voluptatis. Hoc igitur Domino tribuamus, vt pari saltem cura ac diligentia vitam spirituale amemus, quali vitã carnalem, & mundanam dileximus. Et quemadmodum sæculo adhaerentes, ad ampliorem aspirabamus dignitatem: ita nunc in religione viuentes, ad maiorẽ sanctitatem aspiremus. Quis ex nobis si Episcopatum habere potuisset, archiepiscopatus esse pateretur? Et si ad Cardinalatus infulam ascendere valuisset, Episcopatu tenui satiare.

**A**ur: Aut si daretur sibi Ecclesiæ suprema potestas, in minore se dignitate contineret? Hoc humanum, in diuina & caelestia traducamus. Maiorem humilitatem, ampliorem spiritum orationis, ac animi puritatem quotidie quaeramus, vt in Christi curia dignitatem amplissimam mereamur obtinere. Hic sit noster conatus, vt in domo spiritus, spirituales, & in officina sanctitatis, simus sancti, & studiosi in schola virtutis. Audiuimus vocem Domini dicentis cuique nostrum cum conculcabatur in sanguine suo, [Vive.] Ne amplius moriamur morte spirituali, ne fœtore vitiorum, & peccatorum putredine fordeamus: sed vitia & affectus superasse, sit nostra vita, sit nostra victoria. Ditauit nos benignissimus Deus, non auro, neque argento, sed beneficiis, sed donis, sed gratiæ caelestis auxiliis, more diuitum magnos animos concipiamus, & vitam his magnis opibus congruam, puram, ac spiritualem affectus. Magnificauit nos supra mundanas dignitates extollens, introduxit in arcam cordis, ad quietem animi, & tranquillitatem inuitans: exornauit mundo muliebri tribuens interiorẽ puritatem: Vberibus compassionis, & fortitudinis pills affectit, vt in bonum proximorum essemus de monibus fortiores. Ne vilescamus, ne effundamus cor in cœnum rerum secularium, neque amore vilium, quas dimissimus, vitam nostram fœdemus. Est quidem tempus nostrum, tempus amantium, ne conuertamus illud in affectus, & qualitates seruorum: sed diuina prouidentia protecti, & in sponsæ dignitate constituti, sponsæ Christi, tum honorem, tum pulchritudinem, & vniuersarum virtutum indumentum optemus. Sic enim fiet, vt nostro muneri satisfaciẽtes, assequamur spiritualem vitam, cuiusque perfectionem, cuius causa religiosam vitam cepimus profiteri. Interim tamen dum huius vitæ naturam, partes, & gradus, quos religiosi cõscendere solent, sub alio tractationis initio explicabimus: sic Domino grates referamus, & robur ad vitam istam cõsecrandam postulemus.

**D**omine Deus meus, sapientia ineffabilis, qui omnia vides: bonitas incomprehensibilis, qui cõtracta diligit, potentia insuperabilis, qui vniuersa sustentas: dignare me abiectionis seruum tuum. Maifestati tuæ immẽtas gratias agere, & has tuas perfectiones laudare, quas in beneficio vocationis meae mirabiliter demonstrasti. Tu enim es artifex sapientissimus, qui arcem religionis pulcherrimam fabricasti, dator bonorum optimus, qui illam tuis donis exornasti, defensor potentissimus, qui inter tot procellas, & tempestates eam illaem, atque integrã conseruasti. Tu es, õ creator meus, qui sapientiã tuã viuos lapides eligis, & à cœno rerum secularium extrahis, vt hæc fabrica ad excelsa cõsurgat. Tu bonitas, qui electos lapides polis, & edificationi virtutũ presidio aptas, vt pulchrior & splendidior appareat. Tu potestas, qui politos lapides iungis, & calce charitatis astringis, ne vmquam tua domus ista procumbat. Tu es Domine, opifex omnia sciẽs, qui hæc magnalia promissisti domui religionis tuæ. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, hoc est, filios tuos, & fundabo te in sapphyris, scilicet in desiderijs caelestibus, & ponam lapides, nimirum sanctorum exẽpla, propugnacula tua. Tu es, Deus sancte, omnia sanctificans, qui dona donis adiciens pollicitus es illi: Et ponam portas tuas, id est munditiam, ac puritatem, in lapides sculptos, & omnes terminos tuos, regulas, quibus cingeris, in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos doctos à Ddmiao, & multitudinem pacis filijs tuis. Tu es, õ rex, omnia potens, qui adhuc stabilitatem huic regiã tuã attribuens, ita ais: Et in

1/a. 54.  
11.

iustitia fundaberis, recede procul à calumnia: quia non timebis, & à pauore: quia non appropinquabit tibi. Et nunc, Domine, video me, ab ipsa pueritia lapidem huius fabricæ tuæ, partem huius domus tuæ, membrum religionis sanctæ tuæ, quod donum eximium, te sapientia docente, & illuminante cor meum, sine difficultate concepi, te bonitate molliente meam duritiam, admisi, te potentia meâ imbecillitatem fulciete suscepisti: sapientia tuæ fuit, quoddam mundi fallacias irrisi, & status religiosi præstantiam agnoui: Bonitatis tuæ fuit, quoddam sæculi mala contempsi, & vitæ religiosæ bona quæsiui: Potentiæ tuæ fuit, quoddam iugum disciplinæ portare valui, & onus subiectionis nunquam abieci. Ob hoc ergo eximium beneficium, ac præstantissimum donum, immensas tibi, ô Deus meus, grates re-

A fero, & omnes cœlestes spiritus, atque vniuersos sanctorum cœtus ad te laudandum, & prædicandum inuito, quia pusillum elegisti, vilissimum dilexisti, & infirmum, atque imbecillum sustentasti. Confirma iam, ô creator sancte meus, quod operatus es in me, qui capisti opus bonum, illud rogo, vt tua sapientia, bonitate, & potentia perficias. Da vt mundum, quem contempsi, verè contemnâ, virtutem, ac puritatem, quam statu sequor, actione complectar; & te solum bonum meum implens sinus cordis mei, toto ardore, tota mente, & tota virtute diligam, quatenus in postremo die vitæ meæ, seruus fidelis inuentus, ex hoc paradiso terrestri, quem incolo, in cœlestem paradysum, & felicitatem semper duraturam, te donante, transferri merear.



## ORATIO. ET GRATIARVM actio pro beneficio religiosæ vocationis.

**C**REATOR omnium Deus, qui ex hominibus ad tuam imaginem, & similitudinem factis, quosdam, non minus mirabiliter, quàm misericorditer eligis, in quibus per religiosum statum, & per vitam eo dignam, imago tua purior & similitudo splendidior, appareat. Totis præcordiis laudo, & benedico te, qui me vilissimum vermem, vnum istorum esse fecisti, & ab ipsa pueritia vsque ad virilem ætatem tecum religiosa professione iunxisti, & firmam spem perseuerandi vsque ad mortem, non naturæ, sed efficaciam tuam gratiam subnixam, benignissima pietate donasti. Rogo te, Pater, & verè Pater, vt huic præstantissimo beneficio semper gratus existam, dona tua innumerabilia in me per hunc statum collata, tua esse & non mea, sincerissima veritate cognoscam, in illis, & ex illis, non mihi omni spurcitia pleno, sed tibi infinita laude dignissimo, omnem gloriam, & laudationem quæram, & post tot religionis cemensos annos vitam tandem religiosam spirituales, & penitus à sæculo alienam agere incipiam.

Amen.